tibi omnes angeli: tibi celi ⁊ vniuerse potestates tibi cherubin ⁊ seraphin: incessabili voce proclamāt. sanctus sanctus sanctus dñs deus sabaoth plen sunt celi ⁊ terra: maiestatis glorie tue. te gloriosus: apostolorum chorus. te prophetarum: laudabilis numer⁹. te martyꝝ cādidatus: laudat exercit⁹. te per orbē terraꝝ: sancta confitetur ecclesia. patrem: imense maiestatis. venerandum tuum verū: ⁊ vnicū filium. sanctum quoq; paraclitum spm. tu rex glorie christe. tu patris sempiternus es filius. tu ad liberandū suscepturus hominem: non horruisti virginis vterum. tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credētibus regna celoꝝ. tu ad dexteram dei sedes: in gloria patris. tu dex crederis esse venturus. te ergo quesumus famulis tuis subueni: quos precioso sanguine redemisti. ter na fac: cum sanctis tuis in gloria numerari. saluum fac populum tuum dñe: ⁊ bñdic hereditati tue. et rege eos: ⁊ extolle illos vsq; in eternum. per singulos dies: benedicimus te. et laudamus nomen tuum in seculum: ⁊ in seculum seculi. dignare dñe die isto: sine peccato nos custodire. miserere nostri dñe: miserere nostri. fiat misericordia tua dñe super nos: quemadmodum speranimus in te. in te dñe speraui: non confundar in eternum.

Ad laudes.

Eus in adiutoriū meū intende ñe ad adiuuandum me festina gloria patri sicut. ān. Assumpta est. ps Dominus regnauit decorē indutus est: indutus est dñs fortitudinē & precinxit se teni firmauit orbē terre: q̄ nō cōmouebi-tur parata sedes tua extunc: a seculo tu es.

Cenãtib⁹ aũt eis accepit ie⸗ sus panẽ: r bñ

dixit ac fregit deditq; discipul'. Mat. 26

Melchisedech rex salẽ pferẽs panẽ & vinũ bñdix. gñ. 14.

Iste ẽ panis quem dñs dedit vobis ad escẽdũ. Exodi. 16.

leuauerunt flumina dñe: leuauerunt flumina Vocẽ suã. leuauerũt flumia fluctus suos: a Vocib⁹ aquaꝝ multaꝝ rabiles elationes maris: mirabilis i altis dñs estimonia tua credibilia facta sũt nimis / domũ tuã decet sctitudo dñe: in longitudinẽ dieꝝ lia. ãn. Assũpta ẽ maria in celũ gaudẽt ãgeli laudantes benedicunt dñm. ãn. Maria vgo. ps. Iubilate deo oĩs terra: seruite dño in letitia introite in conspectu ei⁹: in exultatione citote qm̃ dñs ipse est de⁹: ipse fecit nos r nõ ipsi nos. opulus ei⁹ r oues pascue ei⁹ introite portas ei⁹ in confessione: atria ei⁹ in hymnis cõfitemini illi laudate nomen eius qm̃ suauis est dñs in eternũ misericordia ei⁹: r Vsqz in generatione r generationem veritas eius. loria patri. ãn. Maria Virgo assumpta est ad ethereum thalamum: in quo rex regum stellato sedet solio. ãn. In odorem. ps. Deus deus me⁹: ad te de luce vigilo i tiuit i te aia mea: q̃ multipliciter tibi caro mea in terra deserta inuia r inaquosa sic in sctõ apparui tibi: Vt videre virtutẽ tuã: et gloriã tuam qm̃ melior est misericordia tua sup vitas: labia mea laudabunt te sic benedicã te i vita mea: et in noie tuo leuabo manꝰ meas. sicut adipe r pinguedine repleat aia mea: r labijs exultatiõis laudabit os meum ic mẽor fui tui sup stratũ meũ i matutinis

meditabor in te: qr fuisti adiutor me9 ℣ i Te
lamẽto alay tuay exultabo / adhesit anima
mea post te: me suscepit dextera tua. ℣ psi vo
iuanũ qsierũt aiam meã / introibũt in inferi-
ora terre: tradentˀ in man9 gladii partes Vul
piũ erunt ℣ ex vo letabiˀ in deo laudabũtur
oẽs q̃ iurãt in eo: qr obstructũ est os loquentiũ
iniqua ℣ eus misereaˀ nostri ℟ benedicat no-
bis: illuminet Vultũ suũ super nos ℟ misereaˀ
nostri ℣ t cognoscam9 in terra Viã tuã: in oi
bus gentib9 salutare tuũ ℣ onfiteanˀ tibi po
puli de9: confiteantur tibi populi oẽs ℣ etenˀ
et exultent gẽtes qm̃ iudicas ppl̃os in eq̃tate
℟ gẽtes in terra dirigis ℣ onfiteanˀ tibi ppl̃i
de9 confiteanˀ tibi populi oẽs: terra dedit fru
ctum suũ ℣ enedicat nos de9 deus noster / be
nedicat nos de9: ℟ metuant eũ oẽs fines terre
℣ loria. ãn. In odorem Vnguẽtoy tuoy cur
rimus: adolescentule dilexerunt te nimis. ã.
Benedicta. ℣ Canticum trium puerorum.
℣ Benedicite omn̄ia opera dn̄i dn̄o: laudate
℟ superexaltate eũ in secula ℣ enedicite
ãgeli dn̄i dn̄o: benedicite celi dn̄o. ℣ enedicite
aque oẽs q̃ super celos sunt dn̄o: bn̄dicite oẽs
Virtutes dn̄i dn̄o. ℣ enedicite sol ℟ luna dn̄o:
bened̃ stell'e celi dn̄o ℣ enedicite ymber et ros
dn̄o: bened̃ omn̄is spũs dei dn̄o. ℣ ened̃ ignis
et estus dn̄o: bened̃ frigus ℟ estas dn̄o ℣ ened̃
rores ℟ pruina dn̄o: bened̃ gelu et frigus dn̄o.

Sedte hic do
nec orẽ: ℟ assũ
pſit petrũ / ia:

cobũ / ℟ iohan
nem secũ: ℟ c
pit pauere.

Vidi cũctũ isrl̃ disp
sũi mõtib9 q̃si oues
non hn̄tes. 3 re. 22.

Videbis oculis tu:
is: ℟ inde non come
des. 4. regum. 7.

Jesus itaq; sciens oia q̄ vē tura erāt sup eū:

pcessit: & dixit eis. quē queritis? Johis. 18

Dñe dñe ap̄ nobis aut ille. amē dico vobis nescio. Mat. 25

Projectꝰ ē i trā & angeli eius cū illo missi sunt. Apocalip. 12

Benedicite glacies et nives dño: benedicite noctes et dies dño. Benedicite lux & tenebre dño: benedicite fulgura & nubes dño. Benedicat terra dñm: laudet & superexaltet eū in secula. Benedicite montes & colles dño: benedicite vniuersa germinātia in terra dño. Benedicite fontes dño: benedicite maria & flumina dño. Benedicite cete & oia q̄ mouentur in aq̄s dño: benedicite oēs volucres celi dño. Benedicite oēs bestie & pecora dño: benedicite filii hominū dño. Benedicat israel dñm: laudet & superexaltet eū in secula. Benedicite sacerdotes dñi dño: benedicite serui dñi dño. Benedicite spūs & aie iustorū dño: benedicite sancti & humiles corde dño. Benedicite anania azaria misael dño: laudate & superexaltate eū in scla. Benedicam⁹ patrē & filiū cū sctō spū: laudem⁹ & superexaltem⁹ eū in scla. Benedictus es dñe in firmamento celi: & laudabilis & gloriosus & superexaltatꝰ in scla. ām. Benedicta filia tu a dño quia per te fructū vite cōmunicauimus. ām. Pulchra es. Laudate dñm de celis: laudate eū in excelsis. Laudate eū oēs angeli eius: laudate eū oēs virtutes eius. Laudate eū sol & luna: laudate eū oēs stelle & lumen. Laudate eū celi celorū: & aque q̄ super celos sunt laudēt nomen dñi. Quia ipse dixit & facta sunt: ipse mādauit & creata sūt. Statuit ea in eternū et in sclm seculi: preceptū posuit & non preteribit. Laudate dñm de terra: dracones & oēs abyssi

ſi gnis grando niv glacies ſpūs ꝓcellarū:
q̄ faciunt Verbū eius Montes ⁊ oēs colles:li=
gna fructifera ⁊ oēs cedri eſtie et Vniuerſa
pecora:ſerpentes ⁊ Volucres pennate eges
terre ⁊ oēs populi:p̄cipes ⁊ oēs iudices terre.
Iuuenes ⁊ Virgines ſenes cū iunioꝛib⁹ lau
dent nomen dñi:q̄ exaltatū eſt nomē eius ſo=
lius confeſſio ei⁹ ſuper celū ⁊ terrā: ⁊ exalta
uit coꝛnu populi ſui. ymn⁹ oñibus ſanctis
ei⁹:filijs iſrael populo appꝛopinquāti ſibi ā
tate dño canticū nouum:laus eius in eccleſia
ſctoꝝ Letetur iſrael in eo q̄ fecit eū: ⁊ filie ſyō
exultent in rege ſuo laudent nomen eius in
choꝛo:in tympano ⁊ pſalterio pſallāt ei uia
beneplacitū eſt dño in populo ſuo: ⁊ exaltauit
manſuetos in ſalutē exultabunt ſctī in glo
ria:letabuntur in cubilibus ſuis exultatio
nes dei in gutture coꝝ: et gladij ancipites in
manibus coꝝ ad faciēdam Vindictā in na=
tionib⁹:increpationes in populis ad alligā=
dos reges coꝝ in cōpedibus: ⁊ nobiles coꝝ in
manicis ferreis. ut faciant in eis iudicium
conſcriptum: gloꝛia hec eſt omnibus ſanctis
eius laudate dominum in ſanctis eius:lau
date eum in firmamento Virtutis eius lau
date eum in Virtutibus eius: laudate eum ſe
cundum multitudinem magnitudinis eius.
laudate eū in ſono tube:laudate eū in pſal=
terio ⁊ cythara laudate eum in tympano et

Quēcūq; oſcu
latus fuero ip
ſe ē tenete eū:

et ducite cum
caute Et cūve
niſſet. Mar.1.

Adduxit eum foab
ad medīū porte vt
loq̄ret ei ido. 2.f.3.

Et cognouit ſimon
q̄ triphō cū do'olo
q̄retur.1.macha.13.

choro:laudate eū in chordis ⁊ organo. Laudate eū in cymbalis benesonātib⁹ laudate eū in cymbalis iubilatiōis:omis spūs laudet dñm

Gloria. ān. Pulchra es ⁊ decora filia hierusalē terribilis vt castroꝝ acies ordinata. Lpin

Palmas in facie ei⁹ dederūt dicētes. ppheta

tiza nobis xp̄e qs ē q̄ te pcussit. Mat. 27.

Ider ūt eā filie syō ⁊ btissimā pdicauerūt ⁊ regine laudauerūt eā. Deo grās. Hy⁹

Gloriosa dña excelsa supra sydera q̄ te creauit puide lactasti sacro vbere. d

eua tristis abstulit tu reddis almo germie in trent Vt astra flebiles celi fenestra facta es.

Un regis alti ianua ⁊ porta lucis fulgida vi tam datā per virginē gentes redēpte plaudi te

Gloria tibi dñe q̄ natus es de virgine cuz pr̄e ⁊ sctō spū in sēpiterna secula. Amē. ℣. Benedicta tu ī mulieribꝰ. ℟. Et bñdictꝰ fructꝰ vētris tui. ān. Btā dei

Canticū zacharie.

Benedictus dñs deꝰ israel: qz visitauit ⁊ fecit redemptionē plebis sue

terexit cornu salutis nobis: in domo dauid pueri sui

icut locutꝰ est per os sctōꝝ: qui a scl̄o sunt pphetarū eiꝰ

alutē ex inimicis nostris: ⁊ de manu oīm q̄ oderūt nos

d faciendā mīam cū patribꝰ nr̄is: ⁊ memorari testamēti sui scti

usiurandū quod iurauit ad abraham patrē nostrū: datuꝝ se nobis

t sine timore de manu inimicoꝝ nostroꝝ liberati: seruiamus illi

n sanctitate ⁊ iusticia cor̄ā ipso: oībus diebus nr̄is

t tu puer ppheta altissimi voca-

Qō cū vidisset chā: nūciauit duobꝰ frib⁹ suis foras. gñ. 9.

Egressi sūt duo vsi de saltu: ⁊ laceraue rūt ex eis. 4. reg. 2.

Gaude virgo.

beris: ꝑibis enī ãte faciē dñi parare vias ei⁹
Ad dandã scientiã salutis plebi ei⁹: in remis-
sionē peccatoꝝ coꝝ. Per viscera mĩe dei nr̃i: i
quibus visitauit nos oriens ex alto illumi
nare his qui in tenebris ⁊ in vmbra mortis se
dent: ad dirigendos pedes nostros in viã pa
cis Gloria. ãn. Btã dei genitriy maria vir-
go perpetua / tẽplũ dñi / sacrariũ spũs sãcti. tu
sola sine exẽplo placuisti dño nr̃o iesu christo.
ora pro populo / interueni ꝓ clero / intercede ꝓ
deuoto femineo sexu. Kyri eleysõ. Xpe eleysõ
Kyri eleyson. Dñe exaudi orationem meam
Et clamor meus ad te veniat. Oremus.
Deus qui de beate marie vginis vtero
verbum tuũ angelo nunciãte carnẽ su-
scipere voluisti: presta supplicibus tuis. vt q̃
vere eã dei genitricẽ credimus: eius apud te i
tercessionibus adiuuemur. Per dñm nostrũ.
Cõmemoratio de sanctis. ãn. Sancti dei
omnes itercedere dignemini pro nostra oĩmq̃
salute. ỽ. Letamini i dño ⁊ exultate iusti. Ry.
Et gloriamini omnes recti corde. Oremus.
Protege dñe pplm tuum: et apl̃oꝝ tuorũ
petri et pauli / ⁊ alioꝝ apl̃oꝝ patrocinio
confidentẽ: ppetua defensione conserua. Per.
Omnes sancti tui q̃s dñe nos vbiq̃ adiu
uent: vt dum eoꝝ merita recolimus pa
trocinia sentiam⁹: ⁊ pacẽ tuã nostris concede
tẽporib⁹: et ab ecclesia tua cunctã repelle neq̃=

Dimisit illis
barrabã: iesũ
aũt flagellatũ

tradidit eis vt
crucifigeretur
Mathei. 27.

Supra dorsum me
um fabricauerunt
peccatores. Dauid

Nathan percussit
iobvlcere pessimo.
Job secundo capi.

Et plectentes coronã de spinis posuerunt

sup caput ei⁹. ⁊ arundinẽ in dex. Ma. 27.

ciam. iter/actus/et Voluntates nr̃as/⁊ oim famulor tuor in salutis tue prosperitate dispone: benefactoribus nostris sẽpiterna bona retribue: et oĩbus fidelib⁹ defunctis requiem eternam concede. Per dñm. Dñe exaudi. Et clamor. Benedicamus dño. Deo gr̃as. Fidelĩ anime defunctor p mĩaz dei requiescant in pace. Amen. ãn. Aue stella matutina/peccatorum medicina/mundi princeps ⁊ regina Virgo sola fuisti digna/idcirco ĩter tela ĩmici: clipeum pone salutis: tue titulum Virtutis Tu es enim Virga iesse/in qua deus fecit esse aaron amigdalũ/mundi tollens scãdalum. Tu es arca xpluta/celesti rore ĩbuta/sicco tamen Vellere/tu nos in hoc carcere/solare xpicia: dei plena gratia. O Virgo dei electa/esto nobis Via recta/ad eterna gaudia/Vbi pax ⁊ glia/⁊ nos sẽp aure pia: dulcis exaudi maria. ℣. Dignare me laudare te Virgo sacrata ℟. Da michi Vtutẽ xtra hostes tuos. Orem⁹ Ratiã tuã q̃s dñe mentibus nostris infunde: Vt q̃ angelo nunciante christi filij tui incarnationez cognouimus: per passionẽ eius ⁊ crucẽ ad resurrectionis gloriã perducamur. Per eundem dñm nr̃m ihesũ xp̃m filiũ tuũ: qui tecũ Viuit ⁊ regnat in Vnitate spirit⁹ sancti deus. Per omnia secula seculor. Amẽ

℣ Ad primam.

Accipias coronam et dignitatem consequaris. ⁊ c

Et genuflexo ante eũ illuc ebãt dicẽtes. Aue rex iud. ꝛc.

Eus in adiutoriū meum intende.
omine ad adiuuandū me festina
loria patri icut erat. Hymnus
Emento salutis auctor q̄ nostri quon
dam corporis ex illibata Virgine na scē
do formam sūpseris aria mater gratie ma
ter misericordie tu nos ab hoste protege ⁊ hora

mortis ſuſcipe gloria tibi dñe qui natus es
de Virgine cuz patre ⁊ ſancto ſpiritu in ſempi
terna ſecula. Amen. ān. Aſſumpta eſt. ℣. ps.
Deus in noie tuo ſaluū me fac: ⁊ in Vir=
tute tua iudica me. Deus exaudi orati
onem meā: auribꝰ pcipe Verba oris mei. ℣. m
alieni inſurrexerunt aduerſū me / ⁊ fortes q̄ſi
erunt aiam meam: ⁊ non proposuerunt deum
ante conſpectū ſuū. Ecce enim deus adiuuat
me: ⁊ dñs ſuſceptor eſt aie mee. ℣. uerte mala
inimicis meis: ⁊ in Veritate tua diſperde illos.
Voluntarie ſacrificabo tibi et confitebor no=
mini tuo dñe: quoniam bonum eſt. ℣. quoniam
ex omni tribulatione eripuiſti me: ⁊ ſup inimi
cos meos deſpexit oculus meus gloria. ps.
Benedixiſti dñe terram tuā: auertiſti ca
ptiuitatem iacob. Remiſiſti iniquitatē
plebis tue: operuiſti omnia pctā eoꝝ. ℣. mitigaſti
oēm irā tuā: auertiſti ab ira indignatiōis tue
Conuerte nos deꝰ ſalutaris noſter: et auerte
irā tuā a nobis. ℣. unq̄d in eternū irāſceris no
bis: aut extendes irā tuā a generatione in ge
nerationem. Deus tu conuerſus Viuificabis
nos: ⁊ plebs tua letabitur in te. ℣. ſtēde nobis
dñe miam tuā: ⁊ ſalutare tuū da nobis. ℣. Audi
am q̄d loquat in me dñs deus: qm̄ loquet pa=
cē in plebē ſuā. ℣. t ſuper ſanctos ſuos: ⁊ in eos
qui cōuertūtur ad cor. Verūtamen prope timē
tes eum ſalutare ipſius: Vt inhabitet gloria

Et baiulās ſi
bi crucem exi
uit icū q̄ dicit

caluarie locū:
hebraice gol:
gotha. Jo. 19

Tulit quoq; ligna
holocauſti: et iposuit
iup yſaac. Gen. 22.

Ecce colligo duo li:
gna vt ingrediar: et
faciā illud. 3. re. 17.

in terra nostra misericordia et veritas obuiauerunt sibi: iustitia et pax osculate sunt. Veritas de terra orta est: et iustitia de celo prospexit enim dns dabit benignitatē: et terra nra dabit fructū suū. Iustitia ante eū ābulabit: et ponet in via gressus suos. Gloria patri. ps. Laudate dnm oēs gentes: laudate eum oēs populi. Confirmata est sup nos misericordia eius: et veritas dni manet in eternū. Gloria pri. ān. Assūpta est maria in celū: gaudēt angeli laudantes benedicunt dnm. Capitulum. Quae est ista que progreditur quasi aurora consurgens / pulchra ut luna / electa ut sol / terribilis ut castrorū acies ordinata. Deo gras. ℣ Dignare me laudare te virgo sacrata. ℟. Da michi virtutē contra hostes tuos. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Dne exaudi. Et clamor. Oremus.

Deus qui virginalem aulā beate marie virgis in qua habitares eligere dignatus es: da qs. ut sua nos defensiōe munitos: iocundos faciat sue interesse memorationi. Per dnm. ān. Sancti dei. ℣. Letamini. Orem⁹.

Exaudi nos deus salutaris nr: et apl̄orū tuorū petri et pauli et alior apl̄or nos tuere pcidijs: quor donasti fideles esse doctrinis. Per dnm. ℣. Omnes sancti. Vtē. Suprascripta cōmemoratio dr ad pmā / ad vesperas / et ad cōpletorium. Ad tertiam.

Postq̄ venerunt in locum q̄ vocatur cal-

uarie: ibi crucifixerūt eum. Luce 23.

Tubulcain fuit malleator et faber in cūcta opa eris. gen. 4.

Serra dimissus fuit hic: et in arbore clausus.

27

Unus mihi tū lā-
ceam latus eius
aperuit: et con

tinuo exiuit sāg
guis et aqua.
Johannis. 19

Cuius vna decoris
eius: et repleuit car
nem pro ea. Gen. 2.

Percutiesq; petrā et
exibit ex ea aq ut
bibat pplūs. exo. 17

Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me festi-
na. Gloria patri sicut erat. Hyᵒ.
Memento salutis auctor q nostri quon-
dam corporis ex illibata Virgine nascē
do formā sumpseris. Maria mater gratie ma
ter mie tu nos ab hoste protege et hora mortis

suscipe gloria tibi dñe qui natus es de virgi
ne cum patre z sancto spiritu in sempiterna se
cula. Amen. ān. Maria virgo. ℣ ps.

Ad dñm cū tribularer clamaui: z exaudiuit me ñe libera animam meam a labijs iniquis: z a lingua dolosa quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam. sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatorijs. eu michi q incolatus meus prolongatus est/habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea. cum his qui oderunt pacē erā pacificus: cū loq̄bar illis ipugnabant me gratis. lia. ps

Leuaui oculos meos in montes: Vnde veniet auxiliū michi. uxilium meū a dño: qui fecit celū z terram. on det in commotionē pedē tuū: neq̄ dormitet qui custodit te. ece non dormitabit neq̄ dormiet: qui custodit israel. ñs custodit te dñs ptectio tua: super manum dexteram tuam. er diem sol non vret te: neq̄ luna per noctem. ñs custodit te ab omni malo: custodiat aiam tuā dñs. ñs custodiat introitū tuū z exitū tuum: ex hoc nunc z vsq̄ in seculum. loria patri. ps.

Letatus sum in his que dicta sunt michi in domum domini ibimus. tantes erant pedes nostri: in atrijs tuis hierusalem. ierusalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum. illuc enim

Accepto cor
pore ioseph:
uolunt illud in

sindone mūda:
z posuit illū in
monumento Mat. 27

Precepitq̄ et deposuerunt cadauera et de cruce. Josue. 8.

Tulerunt cadauera saul: et cadauera filiorū eius. 1. re 3. 31.

ascenderunt tribus tribus dñi: testimonium
israel ad confitendū nomini dñi Quia illic se
derunt sedes in iudicio: sedes super domū da=
uid. Rogate q̄ ad pacē sunt hierusalē: ⁊ abun
dantia diligentibus te. Fiat pax in virtute
tua: ⁊ abundantia in turribus tuis. Propter
fratres meos ⁊ proximos meos: loquebar pa
cem de te. Propter domū dñi dei nostri: quesi=
ui bona tibi. Gloria patri. ān. Maria virgo
assumpta est ad ethereum thalamum: in quo
rex regum stellato sedet solio. Capitulum.
Tsic in syon firmata sum: ⁊ in ciuitate
sanctificata similiter requieui: et in hie=
rusalē potestas mea. Deo grās. ℣. Diffusa
est gratia in labijs tuis. ℟. Propterea bñdi=
xit te deus ineternum. Kyrieleyson. Christe
eleyson. Kyrieleyson. Dñe exaudi orōnē me
am. Et clamor meus ad te veniat. Oremus
Deus qui salutis eterne beate marie vir
ginitate fecunda humano generi p̄mia
prestitisti: tribue quesumus. Vt ipsam pro no=
bis intercedere sentiamus: per quam merui=
mus auctorem vite suscipere: dominum no=
strum iesum christum filium tuum. ān. San=
cti dei omnes. ℣. Letamini in domino. Ore=
mus. Protege domine. Omnes sancti tui q̄=
sumus domine: ⁊ cetera vt supra.

Ad sextam.

Posuit eum in monumẽto ex aso; in quo nõ

duz quisq̃ positus fuerat. Luce. 23.

Nudauerunt eũ tunica talari: ꝛ polimita miserũt Gen. 37

Et tulerũt ionam ꝛ miserũt i mare: ꝛ stetit mare. ꝛc. Jone. 2

Eus in adiutoriũ meum intende. Dñe ad adiuuãdũ me festina Gloria patri ꝛ filio. Sicut erat. Hymn9 Memento salutis. Vtẽ. ãn. Jn odoꝛem. ꝑs. Dte leuaui oculos meos: qui habitas in celis Ecce sicut oculi seruoꝛum: in manibus dominoꝛum suoꝛum sicut oculi

ancille in manibus domine sue/ita oculi nostri ad dominum deum nostrum:donec misereatur nostri. ℣ Miserere nostri domine miserere nostri:quia multum repleti sumus despectione. ℣ Quia multum repleta est anima nostra opprobrium abundantibus:et despectio superbis. ℣ Gloria patri. ℣ sicut erat. ℟ ꝑs.

℣ Nisi quia dominus erat in nobis dicat nunc israel: ℣ nisi quia dominus erat in nobis. ℣ Cum exurgerent homines in nos:forte vivos deglutissent nos. ℣ Cum irascceretur furor eorum in nos:forsitan aqua absorbuisset nos. ℣ torrentē pertransiuit anima nostra forsitan ꝑtransisset anima nostra:aquam intolerabilem. ℣ Benedictus dominus qui nō dedit nos:in captione dentibus eorum. ℣ Anima nostra sicut passer erepta est:de laqueo venantium. ℣ laqueus contritus est:℣ nos liberati sumus. ℣ adiutorium nostrum in nomine dñi:qui fecit celum et terram. ℣ Gloria patri.ꝑs

Contriuit portas ereas ℣ vectes ferro re

℣ Qui confidunt in domino sicut mons syon: non commouebitur in eternum qui habitat in hierusalem. ℣ montes in circuitu ei⁹ ℣ dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc et vsqz in seculum. ℣ quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. ℣ Benefac domine:bonis et rectis corde. ℣ declinantes autem in obligatio

fregit. David O mors ero mors tua ose

Preualuit dō aduersū philisteū in fūda ꝑ lapide. i. re. 17

Tu in sāguine testamenti tui emisisti vinctos tuos. zacha. 9

mnia assona

nes adducet dominus cum operantibus iniquitatem:pax super israel. ℣. Gloria patri. ān. In odorem unguentorum tuorum currimus: adolescentule dilexerunt te nimis. Capitulū ℟. Tradicaui in populo honorificato / et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctorū detentio mea. Deo gratias. ℣. Benedicta tu in mulieribus. ℟. Et benedictus fructus ventris tui. Kyri eleyson. Christe eleyson. Kyri eleyson. Domine exaudi orationem meaz. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dremus.

Oncede misericors deus fragilitati nostre presidium: vt qui sancte dei genitricis z virginis marie memoriam agimus: intercessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. Amen. ān. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumqz salute. ℣. Letamini in domino z exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. ℣. Oratio exaudi nos deus salutaris noster. z℟. Omnes sancti tui quesumus domine. z cetera vt supra.

℣. Ad nonam.

Angelus dñi descēdit de celo: et accedēs

revoluit lapidem ab ostio. Mathei 28.

Sāson apprehēdit ambas portē fortes cū postib' su. Iu. 6.

Et dixit dns piscī: z euomuit ionam in aridam. Jone. 2.

Eus in adiutoriū meū intende ñe
ad adiuuandū gloria pri. Hymn⁹.
emento. Vtē. ān. Pulchra es. ps.
N conuertendo dominus captiuitatez
spon: facti sumus sicut consolati unc
repletum est gaudio os nostrum: z lingua no
stra exultatione unc dicent inter gentes:

Reuersusqz ruben
ad cisternā: nō inue
nit puer. Gen.37.

Quem diligit ani:
ma mea quesiui et
non inueni. Cāti.3.

magnificauit dominus facere cum eis. ℟. a-
gnificauit dominus facere nobiscum: facti su
mus letantes ℣. onuertere domine captiuita
tem nostram: sicut torrens in austro. ℟. qui se-
minant in lachrimis: in exultatione metent
℣. untes ibant et flebant: mittentes semina
sua ℟. enientes autem venient cum exultati
one: portantes manipulos suos ℣. loria. ꝑs.
℣. Si dominus edificauerit domum: in
vanum laborauerunt qui edificant eã.
℟. si dominus custodierit ciuitatem: frustra
vigilat qui custodit eam. ℣. anum est vobis
ãte lucem surgere: surgite postq̃ sederitis qui
manducatis panem dolo℟. um dederit di
lectis suis somnum: ecce hereditas domini fi-
lij merces fructus ventris. ℣. icut sagitte in
manu potentis: ita filij excussorum. ℟. eatus
vir qui implebit desiderium suũ ex ipsis: non
confundetur cum loquetur inimicis suis in por
ta. ℣. loria patri ⁊ filio. ℟. icut erat. ℣. ꝑs.
℟. Beati omnes qui timent dominum: qui
ambulant in vijs eius. ℣. abores ma-
nuum tuarum quia manducabis: beatus es
et bene tibi erit. ℟. por tua sicut vitis abun-
dans: in lateribus domus tue ℣. filij tui sicut
nouelle oliuarum: in circuitu mense tue. ℟. ec-
ce sic benedicetur homo: qui timet dominum.
℣. enedicat tibi dominus ex syon: et videas
bona hierusalem omnibus diebus vite tue.

Apparuit pri-
mo marie ma
gdalene: de ꝗ

ieccerat septẽ
demonia.
Marci.15.

Rer danielem voce
lachrumabili excla-
mant. ꝛc. Dani. 9.

Tenui eum nec di-
mittã donec introdu-
cã illũ. Cantico ꝙ. 3.

Uenitelus et
fletui ardio
coixit eis. pax

vobis Et cum
hocdixisset. ac
Johānis. xo.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem super israel. Gloria patri sicut erat. ān. Pulchra es ⁊ decora filia hierusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata. ℣ Capitulum

In plateis sicut cynamomum ⁊ balsamum aromatizans odorem dedi: quasi mirra electa dedi suauitatē odoris. Deo gratias. ỽ. Post partum virgo inuiolata permānisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. Kyri eleyson. Christe eleyson. Kyri eleyson. Domine exaudi orationem meā. Et clamor meus ad te ueniat. ℣ Oremus.

Famulorum tuorum quesumus domine delictis ignosce: ut qui tibi placere de actibus nostris non ualemus: genitricis filij tui domini nostri iesu christi intercessione saluemur. Per eundem dominum nostrum. ān. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumq; salute. ỽ. Letamini in domino et exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. ℣ Oremus.

Resta quesumus omnipotens deus: ut nullis nos permittas perturbatiōibus concuti: quos in apostolice confessionis petra solidasti. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: qui tecum uiuit. Oremus

Omnes sancti tui quesumus domine. Utē.

Ad Vesperas.

Ego sum frater ves
ter ioseph: nolite ti
mere. Geneſis 45.

Cito pferte stolam
primā et induite illū
Luulte ⁊ dāū. an. 51

Eus in adiutoriū meū intende ñe ad adiuuandum me festina gloria patri icut erat.ān. Dñs esset. ps.

Dixit dominus dño meo: sede a deyteris meis donec ponam īimicos tuos: scabellum pedum tuoruz irgam Virtutis tue emittet dñs ey syon: dñare in medio īimicoruū

Jesus postq̃ locut⁹ est eis/ assũptus ẽ in celum: ⁊ sedet ad dexterã patris. Mar. 15.

Enoch non apparuit: quia tulit eum deus. Genesis. 5.

Ascendit helyas per turbinem in cẽlum. 4. regum. 2.

tuorum ⁊ ecum principiũ in die Virtutis tue in splendoribus sanctor̃: ex Vtero ante lucifer̃ genui te. Juravit dñs ⁊ non penitebit eũ: tu es sacerdos in eternũ scd̃m ordinẽ melchisedech. Dñs a dextris tuis: confregit in die ire sue reges Judicabit in nationib⁹ implebit ruinas: cõquassabit capita in terra multor̃ ⁊ torrẽte in Via bibit: propterea exaltabit caput. Glia. ã. Dũ esset rex in accubitu suo: nard⁹ mea dedit odorẽ suauitatis. ãn. Leua ei⁹. ps. Laudate pueri dñm: laudate nomẽ dñi: sit nomen dñi benedictum: ex hoc nũc ⁊ Vsq; in scl̃m. A solis ortu Vsq; ad occasum: laudabile nomen dñi excelsus super oẽs gẽtes dñs: ⁊ super celos gloria eius Quis sicut dñs deus noster qui in altis habitat: ⁊ humilia respicit in celo ⁊ in terra Suscitãs a terra inopẽ: ⁊ de stercore erigens pauperẽ Ut collocet eũ cũ ꝑncipibus: cũ principibus populi sui. Qui habitare facit sterilẽ in domo: matrẽ filiorum letantẽ Gloria. ãn. Leua eius sub capite meo: et dextera illius ãplexabitur me. ãn. Nigra. ps. Fusca etatus sum. Vtẽ. ãn. Nigra sũ sed formosa filia hierusalem: ideo dilexit me rex: ⁊ introduxit me in cubiculum suum. ãn. Jam hyems. ps. Nisi dominus edificauerit domum. Ut supra. ãn. Jam hyems transijt ymber abijt et recessit: surge amica mea et Veni. ãn. Specioso facta. Psalmus.

Auda hierusalem dñm: lauda deū tuū
ſpon m conforтauit ſeras poртarum
tuarum:benedixit filijs tuis in te ui poſuit
fines tuos pacem:et adipe frumenti ſatiat te
ui emittit eloquiū ſuū terre: Velociter cur-
rit ſermo eius. ui dat nuē ſicut lanā:nebu
lā ſicut cinerem ſpargit ittit criſtallū ſuā ſi
cut bucellas:āte faciem frigoris eius quis ſu
ſtinebit mittet Verbū ſuū et liquefaciet ea:
flabit ſpiritus eius ⁊ fluent aque ui annū-
ciat Verbū ſuum iacob:iuſticias ⁊ iudicia ſua
iſrael. on fecit taliter omni nationi: et iudi
cia ſua non manifeſtauit eis. loria patri.
ān. Speciosa facta es ⁊ ſuauis in delicijs tu-
is ſancta dei genitrix. Capitulum.

In initio et ante ſecula creata ſum / et
Vſq ad futurum ſeculū non deſinam:
⁊ in habitatione ſancta coram ipſo miniſtra-
ui. Deo gratias. Hymnus.

De maris ſtella dei mater alma: atq;
ſemper Virgo felix celi porta ſumēs
illud aue grabrielis ore:fūda nos in pace mu
tās nomen eue olue Vincla reis ,pfer lumē
cecis mala noſtra pelle bona cūcta poſce ō-
ſtra te eſſe matrē ſumat p te pces:qui ,p nobis
natus tulit eſſe tuus irgo ſingularis inter
oēs mitis: nos culpis ſolutos mites fac ⁊ ca
ſtos ità preſta puram iter para tutū: Vt Vi
dentes ieſum ſemp colletemur. it laus deo

Uos autem ſe
dete in ciuita-
te quo adu ſq

induamini vir
tutem ex alto.
Johānis. 23.

Reuerſus eſt moy-
ſes de mōte:portās
duas tabu. Exo. 32

Optima propoſitio
et bonū qđ locutus
eſt helyas. 3. reg. 18

patri ſummo chriſto decus: ſpiritui ſancto tri=
nus honor Vnus. Amen. ℣. Diffuſa eſt gra=
tia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit te
deus ineternum. ān. Beata mater.

℣ Canticum beate marie.

Magnificat: anima mea dñm & exultauit ſpūs meus: in deo ſalutari meo & reſpexit humilitatem ancille ſue: ecce enim ex hoc beatā me dicent oēs generationes quia fecit michi magna qui potens eſt: & ſanctū nomen eius & mia eius a pgenie in pgenies: timentibus eū fecit potentiā in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui & epoſuit potētes de ſede: & exaltauit humiles eſurientes impleuit bonis: et diuites dimiſit inanes. ſuſcepit iſrael puerū ſuū: recordatus mīe ſue ſicut locutus eſt ad patres noſtros: abrahā & ſemini eius in ſcla gloria. ān. Beata mat & inupta Virgo gloriosa regina mundi interCede pro nobis ad dñm. Kyri eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyri eleyſō. Dñe ey. Et cla. Oremꝰ.

Queeſt iſta q̄ aſcendit de deſerto: delicijs

Oncede nos famulos tuos q̄s dñe deꝰ perpetua mētis & corporis ſanitate gaudere: & gloriosa beate marie ſemp Virginis intercessione a preſēti liberari triſticia: et eterna perfrui leticia. Per. ān. Sācti dei. Vtē. ℣. Letamini in dño. ℟. Et gloriamini. Oremus. rotege dñe mnes ſancti. & cetera Vtē.

Ad completorium.

affluēs: inira ſup dilectū ſuum. Cāt̄ico. 8

Surrexit rex in occurſū eiꝰ: adorauit q̄ eam. 3 regum. 2.

Et poſuit diadema regni in capite eius fecitq̄. &c. Heſter. 2



Dnuerte nos deus salutaris noster
t auerte iram tuam a nobis cus i
adiutorium ñe ad loria pri. ps
Epe eppugnauerunt me a iuuentute
mea: dicat nunc israel epe eppugnaue-
runt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt
michi supra dorsum meum fabricauerunt

pctōres: plongauerūt iniquitatē suā ñs iu
stus concidet ceruices pctōr: cōfundant ⁊ cō=
uertātur retrorsū oēs q̄ oderūt sp̄ōiāt sicut
fenū tector: qđ priusq̄ euellatur eparuit. e
quo nō ipleuit manū suā q̄ metet: ⁊ sinū suum
q̄ manipulos colliget. t nō dixerunt q̄ prete
ribant bñdictio dñi sup vos: bñdicim⁹ vobis
in noīe dñi glia. ps e pfūdis. Vt infra. ps
Dmine non est exaltatū cor meū: neq;
elati sūt oculi mei. neq; āb̄ulaui i ma=
gnis: neq; in mirabilibus super me i nō hu
militer sentiebā: sed exaltaui aiam meā. si=
cut ablactat⁹ est sup matre sua: ita retributio
in aia mea. speret israel in dño: ex hoc nūc et
vsq; in sclm glia. Hy⁹ emēto salutj. Lpm
Go mater pulchre dilectiōis ⁊ timoris ⁊
magnitudinis ⁊ sancte spei. Deo grās
ỽ. Dra p nobis sctissima dei genitrix. ℟. Vt
digni. ⁊c. ān. Sub tuū. Canticū symeonis
Nunc dimittis seruū tuū dñe: scdm ver=
bum tuū in pace. quia viderunt oculi
mei: salutare tuū quod parasti: ante faciem
oīm populor. lumen ad reuelationē gētiū:
⁊ gloriā plebis tue israel glia. ā. Sub tuum
presidiū cōfugimus sctā dei genitrix nostras
deprecatiōes ne despicias in necessitatib⁹: sed
a periculis cunctis libera nos semper virgo
benedicta. Kyrieleyson. Christeeleyson. Ky
rieleyson. Dñe exaudi. Et clamor. Oremus

Beate ⁊ gloriose semp̄q; Virginis marie
ꝯq; dñe intercessio gloriosa nos ꝓtegat:
⁊ ad vitā perducat eternā. Per. ān. Scti dei.
℣. Letamini. Dño. Exaudi nos deꝰ mēs scti
vtē. Benedicamus dño. Deo gratias. Be
nedicat ⁊ custodiat nos omnipotens ⁊ miseri
cors dñs pater ⁊ filius ⁊ spiritus sctūs. Amē
Aue regina mie: Vita / dulcedo / et spes
nostra salue: ad te clamamus exules fi
lij eue. Ad te suspiram⁹ gemētes ⁊ flentes in
hac lachrimarum valle. Exa ergo aduocata
nostra illos tuos misericordes oculos ad nos
cōuerte. Et iesum bñdictū fructū ventris tui
nobis post hoc exilium ostende. O clemens. O
pia. O dulcis maria. ℣. Aue maria gī a ple=
na dñs tecū. ℟. Benedicta tu in mulieribus
et benedictus fructus ventris tui. Oremus.
Omnipotens sempiterne deus qui glorio
se virgis matris marie corp⁹ ⁊ animā
vt dignū filij tui habitaculū effici mereretur
spū sancto cooperāte ꝓparasti: da vt cuius cō
memoratione letamur: eius pia intercessione
ab instantibus malis: ⁊ a morte ꝑpetua atq;
subitanea liberemur. Per. Fideliū anime
defunctoꝝ p misericordiā dei requiescāt in pace
Amen. ℣. Deus misereatur. quere in laudi=
bus. ℣. Dñe deus virtutum cōuerte nos. ℟.
Et ostēde faciē tuā ⁊ salui erimus. ℣. Expur=
ge dñe aduma nos. ℟. Et libera nos propter

Le. I. signe. La mer sesleuera/ sur to⁹ leemōs se tiendra.

2. la mer bdēs la tre ētrera q̄ a peine veoir on la pourra.

3. Balaines et poissōs appōt gettans cris horribles sōs.

35

4. la mer toute eaue ardra/ et metra tous poissõs a mort

5. arbres:: herbes fuerõt gouttes cõme sang.

6. Arbres chastealx et maisõs egliseaux tout trebucheront.

nomen tuũ. Dñe exaudi Et clamor. Drem⁹

Eus qui illuminas noctẽ ⁊ lucẽ post tenebras facis: cõcede nobis famulis tuis: Vt hanc noctẽ sine Vllo ipedimẽto sathane trãscam⁹: atqz in matutinis horis ad sanctũ altare tuum recurrentes: tibi dño deo Vivo et Vero laudes ⁊ gr̃as referamus. Per. Drem⁹

Rotector in tesperãtium deus sine quo nichil est Validum nichil sanctum: multiplica sup nos miam tuã. Vt te rectore te duce sic transeam⁹ p bona tẽporalia: Vt nõ amittamus eterna. Per. Pro fidelib⁹ defũctis. p̃s.

e pfundis. ỽ. Requiẽ eternã dona eis dñe. ℟. Et lux ppetua luceat eis. Dñe ey. Et cla. Require orationes in officio pro defunctis.

In aduentu dñi officiũ beate marie dicit modo predicto: exceptis specialib⁹ añis in tẽpore inferius ordinatis Ad Vesperas pmi sabbati de aduẽtu dñi Vsqz ad Vigiliam nativitatis dñi: dicitur officium modo subscripto

Sabbato ante primã dñicã de aduẽtu Ad Vesperas cus in adiutoriũ ñe ad. lia ãn. Missus est. cũ reliquis añis de laudibus. Psalmi. Dixit dominus. Laudate pueri dominum. cum reliquis psalmis Capitulum

Gredietur Virga de radice iesse / ⁊ flos de radice eius ascendet: et requiescet sup eũ spũs dñi. Deo gr̃as. Hy⁹ Aue mar[illegible] stella ỽ. Diffusa ẽ gr̃a i labijs tuis. ℟. Propterea

Le.7.ny aura pie re bisoubz le firmamẽt q ne se fendera.

8.tãtfort la terre trẽblera que tout hõmes be ste se mussera.

9. les vẽs en si grãt ẽtite ses leueront/q̃ les mõs tuberont

bñdixit te de⁹ ineternũ. Ad magnificat. ãn Spũs sanct⁹ in te descẽdet maria: ne timeas habẽs in vtero filiũ dei alleluya. Ixri eleyso. Xpe el. Ixu el. Dñe eyaudi. Et cla. Dremus

Eus qui de beate marie virginis vtero verbum tuuz angelo nunciante carnẽ suscipere voluisti: presta supplicibus tuis. vt qui vere eã dei genitricẽ credimus. eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem. ãn Ecce dñs veniet z oẽs sancti eius cum eo: z erit in die illa luy magna alleluya. ỹ⁹. Ecce apparebit dominus super nubem candidam. ℟. Et cum eo sanctorum milia

Dremus.

Dnscientias nostras q̃s dñe visitãdo purifica: vt veniens dñs noster iesus christus cum omnibus sanctis: paratã sibi in nobis inueniat mãsionem. Qui tecũ viuit et regnat. ꝛc. Bñdicamus domio. Deo gr̃as.

Ad cõpletoriũ

onuerte nos

t auerte. eus in adiutorium

ñe ad adiuuandum loria patri. Psalmi

epe eppugnauerũt e profundis

ñe noy est evaltatum. Hy⁹

emento salutis auctor

Capitulum.

Ece virgo concipiet et pariet filiũ: et vocabit nomen ei⁹ emanuel. butyrũ z mel comedet: vt sciat reprobare malum et eligere bonũ. Deo gr̃as. ỹ. Angelus dñi nunciauit marie. ℟. Et cõcepit de spũ sctõ. ãn. Spũs sanctus. Ps. Nunc dimittis. ãn. Spũs sanctus.

Quere in Vesperis. Ad matutinas oia dicũtur sicut ante aduentũ dñi Vsq; ad lectiones excepta aña noui psalmi. Et loco ci⁹ Vbi dicitur Post partum. dicitur aña. Angelus. Et loco illarum lectionũ/scilicet In omnibus requiem. Et sic in syon. ℣ Quasi cedrus. dicuntur lectiones que sequuntur. ¶ Lectio prima

10. les gẽs qui lestoient mulez en terre: seront sans parler.

11. lour les os des gẽs serõt to⁹ sur les monumens.

12. lour les estoilles ⁊ planetes cherront enflammeez.

Issus est gabriel angelus a deo in ciuitatẽ galilee cui nomẽ nazareth: ad Virginẽ despõsatam Viro cui nomen erat ioseph de domo dauid: ⁊ nomen Virginis maria Et ingressus angelus ad eã dixit. Aue gr̃a plena dñs tecũ: benedicta tu in mulieribus. Tu autem dñe: miserere nostri. Deo gratias. ℟. Missus est gabriel angelus ad mariã Virginem despõsatam ioseph nuncians ei Verbũ et expauescit Virgo de lumĩe: ne timeas maria inuenisti gratiam apud dñm. Ecce concipies et paries filium: et Vocabitur altissimi filius. ℣. Dabit ei dominus deus sedem dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternũ Ecce concipies. ¶ Lectio secunda.

Que cum audisset/turbata est in sermõe eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiã apud deũ. Ecce concipies in Vtero ⁊ paries filiũ: ⁊ Vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus: ⁊ filius altissimi Vocabitur. Et dabit illi dñs de⁹ sedem dauid pa

tris eius / ⁊ regnabit in domo iacob in eternū: ⁊ regni eius non erit finis. Tu autē. ℟. Ave maria gr̄a plena dn̄s tecū. Spiritus sanctus superveniet in te: et Virt⁹ altissimi obūbrabit tibi. quod eni ex te nasc̄et: sc̄tm vocabitur filius dei. ℣. Quomodo fiet istud qm̄ virū nō cognosco? ⁊ respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superveniet. Lectio tertia.

Dixit autē maria ad āgelum. Quomodo fiet istud: qm̄ virum non cognosco? Et respondens angelus: dixit ei. Spiritus sāctus superveniet in te: ⁊ virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoq; ⁊ quod nascetur ex te sanctum: vocabitur filiⁱ dei. Et ecce elizabeth cognata tua: et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis: qa non erit impossibile apud deū om̄e verbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla dn̄i. Fiat michi: sc̄m verbum tuū. Tu autē. ℟. Suscipe verbum virgo maria quod tibi a dño per angelum transmissum est: concipies deum pariter et hominem: vt benedicta dicaris inter omnes mulieres. ℣. Paries quidem filium ⁊ virginitatis non patieris detrimentum: efficieris grauida et eris mater semp in tacta. Vt bn̄dicta dicaris. Gloria patri. Vt benedicta. In laudibus. Antiphona

Missus est gabriel angelus ad mariam virginem despōsatam ioseph. ps. Dn̄s

13. tous ceulx qui viuans mourrōt hōmes/ fēmes/ ⁊ enfans

14. le ciel et la terre ardra: feu ⁊ flāme to⁹ ensemble

15. Terre ciel renouuellerōt to⁹ humains resuſciteront.

Uenite benedicti patris mei: possidete parati. &c.

Discedite maledicti in ignē eternū. Mat. 25.

regnauit. ān. Aue maria gr̄a plena dn̄s tecū benedicta tu in mulieribꝫ ⁊ benedictꝫ fructus ventris tui alleluya. p̄s. Jubilate. ān. Ne timeas maria inuenisti gr̄am apud dn̄m: ecce concipies et paries filiū alla. p̄s. Deus deus meꝰ. ā. Dabit ei dn̄s sedē dauid patris eiꝰ et regnabit in domo iacob ineternum. p̄s. Benedicite oīa. ān. Ecce ancilla dn̄i fiat michi sedm verbū tuum. p̄s. Laudate dn̄m de celis Capitulū. Egredietur. gre i primis vesperis. Hymnus. O gloriosa. ℣. Bn̄dicta tu in mulieribus. ℟. Et bn̄dictus fructus vētris tui. Ad benedictus. ān. Spūs sctūs. Ixpi eleyso. Christe eleyson. Ixpi el. Dn̄o. Deus q̄ de beate. ān. Ecce dn̄s veniet. ℣. Ecce apparebit. ℟. Et cū eo. Dn̄o. Conscientias. ⁊c. Quere totū in primis vesperis. ān. Aue stella matutina. Ad primam. ān. Missus ē gabriel. ℣. Dignare me laudare te virgo sacrata. ℟. Da michi virtutem contra hostes tuos. Dn̄o. Deꝰ qui de beate marie. ān. Ecce dominus veniet ℣. Ecce apparebit. ℟. Et cū eo. Dn̄o. Cōscientias nostras. Et dicitur ad oēs horas. Ad tertiā. ān. Aue maria. Capitulum. Egredietur. ℣. Diffusa est. Pro sanctis vt supra. Ad septā. ān. Ne timeas maria ℣ Capitulum. Abit ei dn̄s sedē dauid patris eius ⁊ regnabit in domo iacob inetern̄ū: et regni eius non erit finis. Deo gr̄as. ℣. Benedicta

tu in mulieribꝰ. ℟. Et bñdictus fructus ventris tui. Pro sanctis ut supra. Ad nonaz. ân. Ecce ãcilla. Cpm. Ecce virgo cõcipiet. ỽ. Angelus dñi nunciauit marie. ℟. Et concepit de spiritu sancto. Orationes ⁊ versiculi de sanctis ut supra. Ad vesperas ⁊ cõpletorium ut supra. Benedicamus domio. Deo gratias.

¶ Notandum est ꝙ aduentus dñi semper incipit in dominica proximiori festo sancti andree siue sit ante siue post. Verũtamen si accidat ꝙ festum sãcti andree cadat in dominica etiam ibi in eadẽ dñica debemꝰ incipere aduẽtum dñi. Et quãdo festum beati andree est in die iouis / veneris / vel sabbati: aduẽtus dñi erit in dominica sequenti. Quãdo vero est in die lune / martis / vel mercurij: aduẽtus dñi incipit in dñica precedẽti. Et hec sufficiant.

¶ Ulterius notandum est ꝙ a vigilia natiuitatis domini usq; ad purificationem beate marie / fit officium sicut ante aduẽtum: excepto ꝙ per oñs horas dicitur hec oratio. Deus qui salutis. additis oratiõibus de apostolis cum aliis: ⁊ cum versiculis ⁊ antiphonis sicut notatum est ante aduentum in officio.

¶ Et nota ꝙ nichil mutatur in matutinis: sed dicitur ad longum sicut sunt notata.

¶ Item ad laudes ⁊ per oñs horas diei ⁊ ad vesperas ⁊ ad cõpletoriũ: dicuntur antiphone que sequũtur. quia loco illius añe Assumpta

est.dicitur hec. ān. O admirabile cō mertium
creator generis humani animatū corpus su-
mens de Virgine nasci dignatus ē:et ꝓcedēs
homo sine semine largitus est nobis suā dei-
tatem.ps. Dñs regnauit. Utē.ān.Quando
natus est ineffabiliter ex Virgine maria tūc
implete sunt scripture/ sicut pluuia in Vellus
descendisti Ut saluum faceres genus huma-
num te laudamus deus noster.ps.Jubilate
ān.Rubum quem Viderat moyses incombu-
stum conseruatam agnouimus tuam lauda
bilem Virginitatem dei genitrix intercede p
nobis.ps. Deus deus meus.ān . Germina-
uit radix iesse orta est stella ex iacob Virgo pe
perit saluatorem te laudamus deus noster.
ps. Benedicite.ān Ecce maria genuit nobis
saluatorem quem iohannes Vidēs exclama-
uit dicens:ecce agnus dei/ecce qui tollit pecca
ta mūdi alleluya. ps .Laudate dominum de
celis. Ad Benedictus.ān . Mirabile myste-
rium declaratur hodie innouātur nature:de-
us homo factus est:id quod fuit permansit:ꝛ
quod non erat assumpsit: nō commixtionem
passus neqz diuisionem.ps Benedictus dñs
Ad Magnificat:et Nunc dimittis.ān. Ma-
gnum hereditatis mysterium tēplum dei fa-
ctus est Uterus nesciens Virum non est pol-
lutus ex ea carnem assumens:omnes gētes
Venient dicentes gloria tibi domine.

Sciendum est q̄ a Vigilia pasche Vsq; ad
ascēsionē dñi: fit officiū beate marie sicut ātē
aduentū: excepto q̄ ad B̄ndict⁹ ⁊ ad Magni
ficat: dr hec ān. Regina celi letare alla. Qua
quez meruisti portare allelua. Resurrexit si-
cut dixit alla. Dra pro nobis deum allelua.
Specialis salutatio ad beatā v̄ginē mariā.
De cuius cōceptio solēni plena gaudio:
celestia t̄restria noua replet leticia. ue
cuius natiuitas nostra fuit solēnitas: Vt lu-
cifer lux oriens Verū solē preueniēs. ue pia
humilitas sine Viro fecūditas: cui⁹ annūcia
tio nostra fuit redēptio. ue Vera v̄ginitas
imaculata castitas: cuius purificatio nr̄a fu
it purgatio. ue preclara oīmbus angelicis
Virtutibus: cuius fuit assūptio nr̄a glorifica
tio. ℣. Dra p nobis sctissima dei genitrix. ℟.
Vt digni efficiamur p̄missiōib⁹ xp̄i. Orem⁹
Eus qui nos cōceptionis / natiuitatis /
annūciationis / purificatiōis / ⁊ assūpti
onis beate marie Virginis gaudia recolendo
letrficas: cōcede nobis sic ei⁹ laudib⁹ digne i-
sistere: Vt eā in oīm necessitate ⁊ angustia: pre
cipue in hora mortis assistentem ⁊ auxiliatri
cem sentiamus: ⁊ tecum post mortem per ipsā
⁊ cum ipsa gaudere mereamur in celis. Per d̄

Sequuntur septem psalmi penitentiales.
ān. Ne reminiscaris domine Psalmus.

Dmine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Miserere mei domie qm infirm⁹ sum: sana me dñe qm ꝓturbata sũt ossa mea Et anima mea turbata est valdꝫ: sed tu dñe Vsquequo Conuertere dñe et eripe aiam meã: saluũ me fac propter miam tuam.

Qm̃ non est in morte qui memor sit tui: in in=
ferno aũt q̃s confitebit̃ tibi Laboraui in ge=
mitu meo lauabo p̃ singulas noctes lectum
meũ:lachrimis meis stratũ meũ rigabo Tur
batus ẽ a furore oculus me⁹:inueteraui inter
oẽs inimicos meos Discedite a me oẽs q̃ ope=
ramini iniq̃tatẽ: qm̃ exaudiuit dñs Vocẽ fle=
tus mei Exaudiuit dñs deprecationẽ meã:
dñs orationẽ meã suscepit Erubescant ⁊ con=
turbent̃ Vehemẽter oẽs inimici mei:cõuertan
tur ⁊ erubescant Valde Velociter Gloria. ps.
Beati quorum remisse sũt iniquitates:et
quorum tecta sunt peccata Beatus Vir
cui non imputauit dñs peccatũ: nec est in spi=
ritu eius dolus Qm̃ tacui inueterauerũt ossa
mea:dum clamarem tota die. M̃ die ac no=
cte grauata est super me manus tua: conuer=
sus sum in erumna mea dum configitur spi=
na Delictum meum cognitum tibi feci:et in=
iusticiam meam non abscondi Dixi confite=
bor aduersũ me iniusticiã meã dño:⁊ tu remi=
sisti impietatem peccati mei Pro hac orabit
ad te oĩs sanctus:in tẽpore opportuno Verũta
men in diluuio aquar̃ multar̃:ad eũ non ap
proximabunt Tu es refugiũ meũ a tribula
tione que circundedit me exultatio mea: erue
me a circũdantibus me Intellectum tibi da
bo ⁊ instruam te in Via hac qua gradieris: fir
mabo super te oculos meos Nolite fieri sicut

equus ⁊ mulus: quibus non est intellect⁹ in
chamo ⁊ freno maxillas eorū constringe: qui
non approximāt ad te. Multa flagella pecca
toris: sperantem autē in dño misericordia cir=
cundabit. Letamini in dño ⁊ exultate iusti: ⁊
gloriamini omnes recti corde. Gloria. Ps.

Dmine ne in furore tuo arguas me: neq;
in ira tua corripias me. Quoniam sagitte tue
infixe sunt michi: ⁊ confirmasti super me ma=
num tuā. Non est sanitas in carne mea a fa=
cie ire tue: nō est pax ossibus meis a facie pec=
catorū meorū. Quoniam iniquitates mee supgresse
sunt caput meū: et sicut onus graue grauate
sunt super me. Putruerunt ⁊ corrupte sunt ci
catrices mee: a facie insipientie mee. Miser fa
ctus sum ⁊ curuatus sum vsq; in finem: tota
die cōtristatus ingrediebar. Quoniam lūbi mei iplē=
ti sunt illusionibus: ⁊ nō est sanitas in carne
mea. Afflictus sum ⁊ humiliatus sū nimis:
rugiebam a gemitu cordis mei. Dñe ante te
omne desideriū meū: ⁊ gemitus meus a te nō
est absconditus. Cor meum cōturbatū est / dere=
liquit me virtus mea: ⁊ lumen oculorū meorū
⁊ ipsum non est mecum. Amici mei ⁊ proximi
mei: aduersum me appropinquauerunt et ste=
terūt. Et qui iuxta me erāt de lōge steterunt:
et vim faciebant qui ąrebant aiam meā. Et
qui inquirebant mala michi locuti sunt vani
tates: et dolos tota die meditabantur. Ego

autē tanq̄ surdus non audiebā: ⁊ sicut mut⁹
non aperiens os suū. Et factus sum sicut ho=
mo nō audiēs: ⁊ nō habēs in ore suo redargu=
tiones. Quōm in te dñe speraui: tu exaudies me
dñe deus meus. Quia dixi nequando super=
gaudeant michi inimici mei: ⁊ dum cōmouen
tur pedes mei sup me magna locuti sunt. Quōm
ego in flagella paratus sum: ⁊ dolor meus in
conspectu meo semper. Quōm iniquitatem meaz
annūciabo: ⁊ cogitabo pro pctō meo. Inimici
autem mei Viuunt ⁊ confirmati sunt sup me:
⁊ multiplicati sunt qui oderūt me inique. Qui
retribuunt mala pro bonis detrahebant mi=
chi: qm̄ sequebar bonitatem. Ne derelinquas
me domie deus meus: ne discesseris a me. In
tende in adiutoriū meum: domine deus sa=
lutis mee. Gloria patri. Sicut erat. Ps.
Miserere mei deus: scd̄m magnam mise=
ricordiam tuam. Et scd̄m multitudinē
miserationū tuaruz: dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitate mea: ⁊ a pec
cato meo munda me. Quōm iiquitatem meam
ego cognosco: et peccatum meum cōtra me est
semp. Tibi soli peccaui ⁊ malum corā te feci:
Vt iustificeris in sermonibus tuis et Vincas
cū iudicaris. Ecce enim in iniquitatib⁹ conce
ptus sum: ⁊ in peccatis cōcepit me mater mea
Ecce enim Veritatē dilexisti: incerta ⁊ occul=
ta sapiētie tue manifestasti michi. Asperges

me dñe ysopo ⁊ mundabor: lauabis me et su=
per niuẽ dealbabor. Auditui meo dabis gau
dium et leticiam: et exultabunt ossa humilia=
ta. Auerte faciem tuã a peccatis meis: et om=
nes iniquitates meas dele. Cor mũdum crea
in me deus: et spiritum rectũ innoua in uiscе=
ribus meis. Ne proijcias me a facie tua: ⁊ spi=
ritum sanctũ tuum ne auferas a me. Redde
michi leticiam salutaris tui: et spiritu princi=
pali confirma me. Docebo iniquos uias tuas
⁊ impij ad te conuertentur. Libera me de san=
guinibus deus de⁹ salutis mee: et exultabit
lingua mea iusticiam tuam. Domine labia
mea aperies: et os meum annũciabit laudem
tuam. Quoniam si uoluisses sacrificium de=
disssem: utiq; holocaustis nõ delectaberis. Sa
crificium deo spiritus contribulatus: cor con=
tritum ⁊ humiliatum deus non despicies. Be
nigne fac dñe in bona uoluntate tua syõ: ut
edificentur muri hierusalẽ. Tunc acceptabis
sacrificiũ iusticie oblationes et holocausta: tũc
iponent sup altare tuũ uitulos. Gloria. ps.
Dmine exaudi orationem meam: ⁊ cla
mor meus ad te ueniat. Non auertas
faciem tuã a me: in quacunq; die tribulor in=
clina ad me aurem tuam. In quacunq; die
inuocauero te: uelociter exaudi me. Quia defe
cerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut
cremium aruerunt. Percussus sum ut fenuz

Gloria tibi.

rarunt cor meum: quia oblitus sum comedere
panem meum A voce gemitus mei: adhesit
os meum carni mee similis factus sum pel
licano solitudinis: factus sum sicut nictico-
rax in domicilio vigilani et factus sum si-
cut passer: solitarius in tecto tota die expro
brabant michi inimici mei: et qui laudabant
me aduersum me iurabant quia cinerem tā
q̄ panem mādducabam: et potum meum cum
fletu miscebam A facie ire indignatiōis tue
quia eleuans allisisti me dies mei sicut Um
bra declinauerūt: et ego sicut fenum arui u
autē domine in eternum permanes: et memo-
riale tuum in generatione r generationē u
exurgens domine misereberis syon: quia tem
pus miserendi eius quia Venit tempus q̄m
placuerunt seruis tuis lapides eius: et terre
eius miserebuntur t timebunt gentes no-
men tuum dñe: r oēs reges terre gloriā tuā
quia edificauit dñs syon: r Videbitur in glo
ria sua respexit in orationem humiliū: r nō
spreuit precem eorum scribantur hec in ge-
neratione altera: r populus qui creabitur lau
dabit dñm quia prospexit de excelso sancto
suo: domin⁹ de celo in terram aspexit t au-
diret gemitus compeditorum: Ut solueret fili
os interemptorum t annunciēt in syon no-
men domini: r laudem eius in hierusalē in
conueniendo populos in Unum: et reges Ut

seruiant dño ꝯspōdit ei in Via Virtutis sue:
paucitatē dieꝝ meoꝝ nuncia michi ꝯ reuo=
ces me in dimidio dierum meoꝝ:in ḡnerati=
one ⁊ ḡnerationē anni tui Initio tu dñe ter=
ram fundasti:⁊ opera manuum tuaꝝ sunt ce
li ipsi peribunt tu autē permanes:⁊ oēs si
cut Vestimētum Veterascent ⁊ sicut operto
rium mutabis eos ⁊ mutabuntur:tu aūt idē
ipse es et anni tui nonꝝ deficient ⁊ filij seruorū
tuorum habitabunt:et semen eorum in seculū
dirigetur. ℣ loria patri ⁊ icut erat. ℟ ps.
De profundis clamaui ad te domine: do
mine exaudi Vocem meā fiant aures
tue intendentes:in Vocē deprcationis mee ⁊ i
iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis susti=
nebit. ℣ uia apud te propiciatio est:et propter
legem tuā sustinui te dñe. ℣ ustinuit anima
mea in Verbo eius:speranit anima mea in do
mino. ℣ custodia matutina Vsqz ad noctem
speret israel in domiō ℣ uia apud dominum
misericordia:et copiosa apud eum redemptio.
℣ t ipse redimet israel:ex omnibus iniquita=
tibus eius. ℣ loria patri. ⁊ icut erat. ℟ ps.
Dimine exaudi orōnē meā auribus per
cipe obsecrationē meā:i Veritate tua ex
audi me in tua iusticia ⁊ non intres in iudi
cium cum seruo tuo:qz non iustificabit in con
spectu tuo omnis Viuens ℣ qz persecutus est ini=
micus aiam meā:humiliauit in terra Vitam

meam. ℭ ollocauit me in obſcuris ſicut mor-
tuos ſeculi / ⁊ anxiat⁹ eſt ſup me ſpūs meus: i
me turbatum eſt cor meum. ℳ emor fui dierū
antiquor⁹ meditatus ſū in oīb⁹ operibus
tuis: in factis manuum tuarum meditabar.
ℰ xpandi manus meas ad te: aīa mea ſicut
terra ſine aqua tibi. ℭ elociter exaudi me do-
mine: defecit ſpiritus meus ℳ on auertas fa
ciem tuā a me: ⁊ ſimilis ero deſcendētibus in
lacum. ℳ uditā fac michi mane mīam tuam
quia in te ſperaui ℴ otam fac michi Viam in
qua ambulē: q⁹ ad te leuaui aīam meā ℛ ripe
me de inimicis meis dñe ad te confugi / doce
me facere Volūtatem tuam: quia deus meus
es tu ℧ piritus tuus bonus deducet me in ter
ram rectam propter nomen tuum dñe: Viuifi
cabis me in equitate tua ℭ duces de tribula-
tione aīam meā: ⁊ in mia tua diſperdes oīes
inimicos meos ℰ t perdes oīs qui tribulant
aīam meam: qm ego ſeruus tuus ſū ℭ loria.
ān. Ne reminiſcaris dñe delicta nr̄a Vel pa-
rētum noſtrorum neq; Vindictam ſumas de
peccatis noſtris. parce domine parce populo
tuo quem redemiſti precioſo ſanguine tuo ne
ineternum iraſcaris nobis ℒ Letania.
℟ yri eleyſon ℳ hriſte eleyſon ℬ yri eleyſō.
ℭ hriſte audi nos ℳ hriſte exaudi nos.
℧ ater de celis de⁹: miſerere nobis. ℳ ili redē-
ptor mūdi de⁹: miſerere nobis ℒ pūs ſctē de⁹:

43

miserere nobis ancta trinitas Vnus deus:
miserere nobis.
ancta Maria Dra pro nobis.
ancta dei genitrix or
ancta Virgo Virginum. or
ancte michael or
ancte gabriel or
ancte raphael or
ēs scti āgeli archāgeli dei. Drate p nobis
mnes scti beatorū spirituū ordines or.
ancte iohannes baptista. or
mnes sancti patriarche et prophete. or
ancte petre or
ancte paule or
ancte andrea or
ancte iacobe Dra pro nobis
ancte iohannes or
ancte philippe or
ancte iacobe or
ancte bartholomee or
ancte thoma or
ancte mathee Dra pro nobis
ancte symon or
ancte iuda or
ancte thadee or
ancte mathia Dra pro nobis
ancte barnaba or
ancte luca or
ancte marcialis. or

mnes ſancti apoſtoli ⁊ euãgeliſte dei oꝝ.
mnes ſancti diſcipuli dñi Drate pro nobis
mnes ſancti innocentes Drate pro nobis.
ancte ſtephane oꝝ
ancte clemens oꝝ
ancte ſebaſtiane oꝝ
ancte laurenti Dra pro nobis
ancte Vincenti oꝝ
ancte thoma oꝝ
ancte geruaſi oꝝ
ancte prothaſi oꝝ
ancte dyoniſi cum ſociis tuis. ora p nobis
ancte maurici cum ſocijs tuis oꝝ
ancte euſtachi cum ſocijs tuis oꝝ
ancte georgi oꝝ
ancte cutropi oꝝ
ancte quintine oꝝ
mnes ſancti martyres Drate pro nobis
ancte ſilueſter oꝝ
ancte gregori oꝝ
ancte nicaſi oꝝ
ancte ambroſi oꝝ
ancte auguſtine oꝝ
ancte hieronime Dra pro nobis
ancte remigi oꝝ
ancte marceſſe oꝝ
ancte nicolae oꝝ
ancte eligi oꝝ
ancte egidi oꝝ

ancte iuliane ora
ancte benedicte ora
ancte maure ora
ancte leobine Ora pro nobis
ancte sulpici ora
ancte leonarde ora
ancte guilielme. ora
mnes sancti cõfessores ꝛ põtifices dei orẽt.
ancta anna ora
ancta maria magdalena ora
ancta agatha ora
ancta agnes Ora pro nobis.
ancta lucia ora
ancta cecilia ora
ancta katherina. ora
ancta barbara Ora pro nobis.
ancta margareta ora
ancta fides ora
ancta spes ora
ancta caritas ora
mnes sancte Virgines Orate pro nobis
mnes sancti ꝛ sancte dei. Orate pro nobis.
ꝛopicius esto : parce nobis dñe ꝛopicius
esto: exaudi nos dñe ab omni malo. Libera
nos dñe ab insidijs dyaboli. li dãnatione
ppetua. li. spiritu fornicationis. li. ab ap=
petitu inanis glorie. li. ab ira et odio ꝛ omni
mala Voluntate. li. cecitate cordis. li. ful
gure ꝛ tẽpestate. libera subitanea ꝛ impro=

uisa morte. libera. ℟ er mysterium sancte in=
carnationis tue. libera ℟ er aduentum tuum
libera. ℟ er natiuitatem tuã. libera. ℟ er pas
sionem crucem ⁊ mortem tuã. libera. ℟ er glo
riosam resurrectionẽ tuam. libera ℟ er admi=
rabilem ascensionem tuam. libera. ℟ er gra=
tiam sancti spiritꝰ paracliti. libera. ℟ n hora
mortis: succurre nobis dñe. ℟ n die iudicij. li.
℟ eccatores. Te rogamus audi nos ℟ t pa=
cem nobis dones. te rogamus audi nos. ℟ t
misericordia ⁊ pietas tua nos custodiat. te ro
ga ℟ t ecclesiam tuam regere ⁊ defensare di
gneris. te ro ℟ t oñibus benefactoribus no=
stris sẽpiterna bona retribuas. te ro. ℟ t om=
nibus fidelibus defunctis requiem eternam
dones. te ro. ℟ t omnia peccata nostra nobis
dimittas. te ro ℟ t nos ꝯpaudire dignerís.
te ro ℟ ili dei. te ro ℟ ili dei. te ro ℟ ili dei. te
ro. ℟ gnus dei qui tollis peccata mundi: par=
ce nobis dñe ℟ gnꝰ dei qui tollis peccata mũ=
di: ꝯpaudi nos dñe ℟ gnus dei qui tollis pec=
cata mundi: dona nobis pacem ℟ yri eleyson
℟ hriste eleyson ℟ yri eleyson. Pater noster.
Et ne nos. Sed libera. ℟ Psalmus.
℟ Eus in adiutorium meum intende: dñe
ad adiuuandũ me festina ℟ onfundã=
tur ⁊ reuereantur: qui querunt animam meã
℟ uertantur retrorsum et erubescant: qui vo
lunt michi mala ℟ uertantur statim erube=

scentes:qui dicunt michi euge euge. ℣ pulsēt
⁊ letentur in te oēs qui querūt te:⁊ dicāt semp
magnificetur dñs qui diligunt salutare tuū.
℟ go Vero egenus et pauper sum:deus adiu
na me. ℣ diutor meus ⁊ liberator meus es tu:
dñe ne moreris. ℟ loria patri. ℣ icut erat. ℣⁹.
Saluos fac seruos tuos ⁊ ancillas tuas. ℟.
Deus meus sperātes in te. ℣. Esto nobis do=
mine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici.
℣⁹. Nichil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et
filius iniquitatis non apponat nocere nobis
℣. Domine non scdm peccata nostra facias
nobis. ℟. Neqz scdm iniquitates nostras re=
tribuas nobis. ℣. Oremꝰ ꝑ papa nostro. ℟.
Dñs conseruet eum et Viuificet eum/et bea=
tum faciat eum in terra:⁊ non tradat eum in
manus inimicorum eius. ℣. Oremus pro be=
nefactoribus nostris. ℟. Retribuere digna=
re dñe omnibus nobis bona facientibus pro=
pter nomen sanctum tuum Vitam eternam
amen. ℣. Oremus pro fidelibus defūctis. ℟.
Requiem eternam dona eis dñe:⁊ lux perpe=
tua luceat eis. ℣. Requescant in pace. ℟. Amē
℣. Oremus pro fratribus nostris absētibus.
℟. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas
deus meus sperantes in te. ℣⁹. Mitte eis dñe
auxilium de sancto. ℟. Et de syon tuere eos.
℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et
clamor meus ad te Veniat. ℣ Oremus.

Deus cui proprium est misereri semp ⁊ parcere suscipe deprecationem nostram. Vt quos delictorum cathena constringit: miseratio tue pietatis absoluat. Per dñm. Oremus.

Exaudi qs dñe supplicum preces ⁊ confitentium tibi parce petis: Vt pariter indulgentia: nobis tribuas benign⁹ ⁊ pace. p d. Orem⁹

Ineffabilem nobis dñe miam tuam clementer ostende. Vt simul nos et a peccatis oibus eruas: ⁊ a penis quas pro his meremur benignus eripias. Per dñm. Oremus

Deus qui culpa offenderis penitētia placaris preces populi tui supplicātis propicius respice: ⁊ flagella iracundie tue q̄ pro peccatis uostris meremur auerte. p d. Oremus.

Omnipotēs sempiterne deus miserere famulo tuo. N. pape nostro: et dirige eum scdm clementiam tuam in Viam salutis eterne: Vt te donāte tibi placita cupiat: ⁊ tota Virtute perficiat. Per dominū nostrum. Orem⁹.

Deus a quo sancta desideria recta consilia ⁊ iusta sunt opera. da seruis tuis illā quam mundus dare non potest pacem. Vt et corda nostra mandatis tuis dedita / ⁊ hostiū sublata formidine: tempora sint tua protectione tranquilla. Per dominum nr̄m. Oremus

Reigne sancti spūs renes nr̄os et cor nr̄m domine. Vt tibi casto corpore seruiam⁹: et mūdo corde placeam⁹. Per eūdē dñz. Orem⁹

IDelium deus oim conditor ⁊ redēptor aiabus famulorum famularūqz tuay remissionem cunctoy tribue peccatorū. Vt indulgentiam quā semper optauerunt: pijs supplicationib⁹ consequanť. Qui Viuis. Drem⁹

ACtiones nostras quesumus domine aspirando preueni ⁊ adiuuando prosequere. Vt cuncta nostra opera a te semper incipiant: ⁊ per te cepta finiātur. Per dñm. Drem⁹.

OMnipotēs sempiterne deus qui Viuoy dñaris simul et mortuorū oimqz miseris quos tuos fide ⁊ opere futuros esse prenoscis te suppliciter exoramus. Vt pro quibus effundere preces decreuimus: quosqz Vel presēs adhuc seculum in carne retinet: Vel futurū iā eputos corpore suscepit: intercedentibus oīnibus sanctis tuis pietatis tue clementia delictorum suorum Veniam: et gaudia consequi mereantur eterna. Per dominum nostrum.

O beatissime dñe iesu christe respicere digneris super me miserū peccatorem oculis misericordie tue quibus respexisti petrū in atrio: mariam magdalenaz in conuiuio: ⁊ latronē in crucis patibulo. et fac de tua benigna gr̄a Vt cū petro digne fleam: cū maria magdalene perfecto amore te diligam: et cū latrone in secula seculorum te Videam. Amen.

Dratio deuotissima pro fidelibus defūctis: in cymiterio inhumatis.

Vete oēs aie fideles quaꝝ corpora hic
ꝛ Vbiqꝫ requiescūt i puluere. dñs nr̄ ihesus
xp̄s q̄ Vos et nos redemit suo p̄cioſissimo san
guine dignetur Vos a penis liberare: et inter
choros suorū sanctorū angelorū collocare. ibiqꝫ
nostri memores supplices exorate: Vt Vobis
associemur: ꝛ Vobiscum i celis coronemur. ℣.
Non intres in iudicium cum animabus ser=
uorum tuorū dñe. ℟. Dñe non iustificabitur
in conspectu tuo omnis Viuens. ¶ Oremus
Omine iesu christe salus et liberatio fi=
deliū aiarū qui non Venisti aias per=
dere sed saluare: et dare aiam tuā in redēptio
nē p multis: imēsā clementiā tuā ac ineffabilē
miam tuā humilit̄ iploram⁹: Vt aias oīm fi=
deliū defūctorꝫ in penis purgatorij cruciatas
misericorditer respicere digneris. et q̄ iuste pro
pctis affligunt̄: tua benigniſſima pietate libe
rent̄. subueniatqꝫ illis tua mia quas tuo p̄cio
ſissimo sāguine redemisti. ꝛ p merita btissime
ꝛ gloriosissime sempqꝫ Virginis dei genitricis
marie ꝛ oīm sctōꝝ ꝛ sctārꝫ / liberare eas ab ife
roꝝ cruciatib⁹: ꝛ collocare iter animas sctōꝝ
tuoꝝ digneris: Veste quoqꝫ imortalitatis in=
dui et paradisi amenitate confoueri iubeas.
Qui cū p̄re et spū sctō Viuis ꝛ regnas deus: p
oīa scla sclorꝫ. Amē. Pater nr̄. Aue maria.

¶ Incipiunt Vigilie mortuorum.
Ad Vesperas. ān. Placebo p̄s.

Ilevi qm̃ exaudiet dñs: Vocē ora
tionis mee Quia inclinauit aurē
suā michi: & in diebꝫ meis inuocabo
Circūdederunt me dolores mor-
tis: & pericula īferni inuenerūt me tribulatio
nem & dolorem inueni: & nomen dñi inuocaui
O dñe libera aiam meā misericors dñs et iu-

stus: ⁊ deus noster miserec̃ custodiēs parvu
los dñs: humiliat⁹ sū ⁊ liberauit me Conuer
tere aīa mea in requiem tuā: qr dñs benefecit ti=
bi quia eripuit aīam meam de morte oculos
meos a lachrimis: pedes meos a lapsu. Pla=
cebo dño: in regione Viuor̃ eqem eternam
dona eis domie: ⁊ luc perpetua luceat eis. ān.
Placebo dño in regiōe Viuorum. ān. Heu me
quia incolat⁹ meus prolongatus est. ps. Ad
dñm cum tribularer. ān. Dñs custodit te ab
omni malo: custodiat animam tuā dominus
ps. Leuaui oculos. ān. Si iniquitates obser=
uaueris domine: domine quis sustinebit. ps.
De profundis clamaui. ān. Opera. ps.

Confitebor tibi domine i toto corde meo
quoniam audisti Verba oris mei in cō
spectu angelorum psallam tibi: adorabo ad
templum sanctum tuum ⁊ confitebor nomini
tuo super misericordia tua et Veritate tua:
quoniam magnificasti super omne nomen sā
ctum tuū in quacunq; die inuocauero te ey=
audi me: multiplicabis in aīa mea Virtutem
Confiteantur tibi dñe omnes reges terre: qr
audierunt omnia Verba oris tui et cantent
in Vijs domini: quoniā magna est gloria dñi
quoniam excelsus dñs ⁊ humilia respicit: et
alta a longe cognoscit si ambulauero in me
dio tribulationis Viuificabis me ⁊ sup irā ini
micor̃ meor̃ extendisti manū tuā: ⁊ saluum

me fecit deptera tua ñs retribuet p me dñe
mia tua in sclm:opera manuũ tuaꝝ ne despi
cias eẽm.ãn. Opera manuũ tuaꝝ dñe ne
despicias.℣. Audiui Vocẽ de celo dicẽtem.℟.
Beati mortui qui in dño moriũtur.ãn. Dm=
ne quod dat michi pater ad me Veniet:et cum
qui Venit ad me non eiciam foras . ps. Ma=
gnificat.Pater nr̃.Et ne.Sed libera. ℣ ps.
Auda aĩa mea dñm / laudabo dñm in
Vita mea:psallam deo meo q̃diu fuero
olite cõfidere in principibus: in filijs hoim
in quibus nõ est salus exibit spũs eius et re
uertetur in terrã suã: in illa die peribũt oñes
cogitationes eorũ beatus cuius deus iacob
adiutor eius spes eius in dño deo ipsius q̃ fe=
cit celum ⁊ terram:mare ⁊ omnia q̃ in eis sũt.
ui custodit Veritatẽ in seculum facit iudi=
cium iniuriã patiẽtibus: dat escã esuriẽtibus
ñs soluit compeditos:dñs illuminat cecos
ñs erigit elisos:dñs diligit iustos ñs cu
stodit aduenas pupillum ⁊ Viduã suscipiet:⁊
Vias peccatoꝝ disperdet regnabit dñs in se
cula deus tuus syon:in generatione ⁊ genera
tionẽ. eẽm.℣. Reqescãt in pace.℟. Amẽ.
℣. A porta inferi.℟. Erue dñe animas eorũ.
Domine exaudi.Et clamor. ℣ Dremus .
Eus qui iter apostolicos sacerdotes fa
mulos tuos põtificali seu sacerdotali fe
cisti dignitate Vigere: presta q̃sumus . Vt co=

rū quoq; ppetuo aggregēt cōsortio.p. Drem⁹
EUs Venie largitor et humane salutis
amatorq; clemētiam tuam. Vt nostre
congregationis fratres/sorores/ppinquos/
z bñfactores nostros qui ex hoc seculo transie
runt:beata maria semper Virgine intercedēn
te cū omnib⁹ sanctis tuis:ad perpetue beatitu
dinis cōsortiū peruenire concedas. Per dñm.
Ideliū deus oim. Vtē. Ad matutinas.
Jnuitatorium. Regem cui omnia Viuunt:
Venite adoremus.ps.Venite exultemus.
In primo nocturno.ān. Dirige. ps.
Erba mea auribus percipe dñe: intellige
clamorem meum Intende Voci oratio
nis mee:rex meus z deus me⁹. Quōm ad te ora
bo dñe:mane exaudies Vocem meam. Mane
astabo tibi z Videbo:quōm non deus Volens in
iquitatem tu es. Neq; habitabit iuxta te ma
lignus:neq; permanebūt iniusti ante oculos
tuos. Odisti omnes qui operantur iniquita-
tem:perdes omnes qui loquuntur mendaciū.
Virū sanguinū z dolosū abominabitur dñs
ego autem in multitudine mie tue Introibo
in domū tuam:adorabo ad templum sanctū
tuum in timore tuo dñe deduc me in iusticia
tua propter inimicos meos:dirige in cōspectu
tuo Viam meam Quōm non est in ore eorū Veri
tas:cor eor Vanum est Sepulchrum patens
est guttur eorū/linguis suis dolose agebant.

iudica illos deus ecidant a cogitatiõibus
suis scdm multitudinem impietatũ eorum ey
pelle eos: qm̃ irritauerunt te dñe t letentur
omnes qui sperant in te ineternũ exultabunt
z habitabis in eis t gloriabuntur in te oẽs
qui diligũt nomen tuum: qm̃ tu benedices iu=
sto ñe Vt scuto bone Voluntatis tue: coro=
nasti nos. equiẽ.ãn. Dirige dñe deus me9
in conspectu tuo Viam meam.ãn. Cõuertere
ps omine ne in furore.j. Vtẽ.ãn. Cõuerte=
re dñe z eripe aiam meam: qm̃ non est in mor=
te qui memor sit tui.ãn. Nequando. ps.
Dmine deus meus in te speraui saluum
me fac: ey omnibus persequentibus me
z libera me equãdo rapiat Vt leo animam
meam: dum non est qui redimat neqz qui sal=
uum faciat omine deus meus si feci istud:
si est iniquitas in manibus meis. si reddidi
retribuẽtibus michi mala: decidã merito ab
inimicis meis inanis ersequatur inimicus
aiam meã / z cõprehendat z conculcet in terra
Vitam meã: et gloriam meã in puluerẽ dedu=
cat purge dñe in ira tua: z exaltare in fini
bus inimicorum meorum t expurge domie
deus meus in precepto quod mandasti: et sy=
nagoga populorum circundabit te t ppter
hanc in altũ regredere: dñs iudicat populos.
Iudica me domine secundũ iusticiaz meam
z secundũ innocentiam meã super me onsu

metur nequitia peccatorum⁊ dirigES iustum:
scrutans corda et renes deus. Iustum adiu-
torium meum a domino: qui saluos facit re-
ctos corde. Deus iudex iust⁹ fortis ⁊ patiens:
nunquid irascitur per singulos dies. Nisi con
uersi fueritis gladium suum Vibrauit: arcū suū
tetendit ⁊ parauit illū. Et in eo parauit Vasa
mortis: sagittas suas ardentib⁹ effecit. Ecce
parturit iniusticiā concepit dolorem: ⁊ peperit
iniquitatem. Lacum aperuit ⁊ effodit eū: ⁊ in
cidit in foueā quā fecit. Conuertetur dolor ei⁹
i caput ei⁹: et in Verticē ipsius iniquitas eius
descendet. Confitebor dño scd̄m iusticiā eius:
⁊ psallā nomini domini altissimi. Requiē. ā.
Nequando rapiat Vt leo animā meā dū non
est qui redimat neq; qui saluū faciat. ℣ Ap̄or
ta inferi. ℟. Eruе dñe animas eorum. Pater
noster. Et ne nos. Sed libera. Lectio prima
Arce michi domine: nichil enim sunt di-
es mei. Quid est homo quia magnifi-
cas eum: aut quid apponis erga eum cor tu-
um? Visitas eum diluculo: et subito probas
illum. Vsquequo non parcis michi: nec dimit
tis me Vt glutiam saliuam meam? Peccaui.
Quid faciam tibi: o custos hominum? Qua
re posuisti me contrarium tibi: ⁊ factus sū mi
chimetipsi grauis? Cur non tollis peccatum
meum: et quare non aufers iniquitatē meā?
Ecce nunc in puluere dormio: et si mane me

quesieris non subsistam. ℟. Credo q̄ redemptor meus viuit: et in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et in carne mea videbo deum saluatorem meum. ℣. Quem visurus sum ego ipse et non alius: et oculi mei conspecturi sunt. Et in carne mea. ¶ Lectio secunda.

Edet animam meā vite mee: dimittaz aduersum me eloquiū meum. Loquar in amaritudine anime mee: dicam deo. Noli me condēnare. Indica michi cur me ita iudices? Numquid bonum tibi videtur si calūnieris ⁊ opprimas me opus manuū tuarū: et consiliū impiorū adiuues? Numquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo ⁊ tu videbis? Nūquid sicut dies hominis dies tui: ⁊ anni tui sicut humana sunt tēpora? Vt queras iniquitatem meam: et peccatum meū scruteris. Et scias quia nichil impium fecerim: cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. ℟. Qui lazarum resuscitasti a monumento fetidū. Tu eis dñe dona requiem et locum indulgētie. ℣. Qui venturus es iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignem. Tu eis. ¶ Lectio tertia.

Manus tue dñe fecerūt me / et plasmauerunt me totū in circuitu: ⁊ sic repente precipitas me. Memento queso q̄ sicut lutū feceris me: et in puluerē reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me: et sicut caseū me coagulasti? Pelle et carnibus vestisti me: ossibus et ner-

uis compegisti me. Vitam et misericordiā tri
buisti michi: et Visitatio tua custodiuit spiri=
tū meū. ℟. Domine quando Veneris iudica
re terrā Vbi me abscondā a Vultu ire tue. Qz
peccaui nimis i Vita mea. ℣. Commissa mea
pauesco et ante te erubesco: dum Veneris iudi
care noli me condemnare. Quia peccaui.

In secundo nocturno. ān. In loco. ℣ p̄s.

Dominus regit me ⁊ nichil michi deerit:
in loco pascue ibi me collocauit. Super
aquā refectionis educauit me: animā meam
conuertit. Eduxit me super semitas iusticie:
propter nomen suum. Nam ⁊ si ambulauero
in medio Vmbre mortis: nō timebo mala qm̄
tu mecum es. Virga tua ⁊ baculus tuus: ipsa
me consolata sunt. Parasti in conspectu meo
mēsam: aduersus eos qui tribulant me. Im=
pinguasti in oleo caput meū: ⁊ calix meus in=
ebrians q̄ preclarus est. Et misericordia tua
subsequetur me: omnibus diebus Vite mee.
Et Vt inhabitem in domo domini: in longi=
tudinem dierū. Requiem. ān. In loco pascue
ibi me collocauit. ān. Delicta. ℣ p̄s.

Ad te domine leuaui animā meā: deus
meus in te confido non erubescā. Neq;
irrideant me inimici mei: etenim Vniuersi qui
sustinent te non confundentur. Confundan
tur omnes iniqua agētes: superuacue. Vias
tuas domīe demōstra michi: et semitas tuas

edoce me irige me i Veritate tua ⁊ doce me:
quia tu es deus saluator meus / et te sustinui
tota die reminiscere miserationum tuarum
domine: et misericordiarum tuarum que a se-
culo sunt delicta iuuentutis mee: ⁊ ignoran-
tias meas ne memineris. ecundum miseri
cordiam tuam memento mei tu: propter boni
tatē tuā domine. ulcis ⁊ rectus dñs: ppter
hoc legem dabit delinquentibus in Via iri-
get mās suctos in iudicio: docebit mites Vias
suas. niuerse Vie domini misericordia ⁊ Ve
ritas requirentibus testamentum eius: et te-
stimonia eius. ropter nomen tuū domine
propiciaberis peccato meo: multum est enim.
uis est homo qui timet dominū: legē statu
it ei in Via quā elegit. nima eius in bonis
demorabitur: et semen eius hereditabit terra
irmamentū est dominus timētibus eum:
et testamentum ipsius Vt manifestetur illis
culi mei semper ad dominu: quoniam ipse
eueller de laqueo pedes meos espice in me ⁊
miserere mei: quia Vnicus et pauper sum ego.
ribulationes cordis mei multiplicate sunt
de necessitatibus meis erue me ide humili
tatem meam ⁊ laborem meum: ⁊ dimitte Vni
uersa delicta mea. espice īimicos meos quo
niā multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt
me ustodi animam meam et erue me: non
erubescam quoniam speraui in te. nnocen-

tes et recti adheserunt michi:quia sustinui te.
Liberа deus israel: ex omnibus tribulatio=
nibus suis Requiem eternam.ān. Delicta
iuuentutis mee et ignorantias meas ne me=
mineris domine.ān. Credo Videre. Ps.
Dmin9 illuminatio mea:et salus mea
quem timebo. ominus protector vite
mee:a quo trepidabo um appropiant super
me nocentes: Vt edant carnes meas ui tri=
bulant me inimici mei:ipsi infirmati sunt ꝛ ce
ciderunt. i consistant aduersum me castra:
non timebit cor meum. i exurgat aduersū
me prelium:in hoc ego sperabo nam petij a
domino hanc requiram: Vt inhabitem in do=
mo domini omnibus diebus vite mee t Vi
deam Voluntatem domini: et Visitem tem=
plum eius uoniam abscondit me in taber=
naculo suo in die malorum:protexit me in ab
scondito tabernaculi sui y petra exaltauit
me/ꝛ nunc exaltauit caput meū:super inimi=
cos meos ircuiui ꝛ immolaui in tabernacu=
lo eius hostiā Vociferationis: cantabo ꝛ psal
mū dicā domino xaudi dñe Vocē meā qua
clamaui ad te:miserere mei ꝛ exaudi me i=
bi dixit cor meū exquisiuit te facies mea: fa=
ciem tuam domine requirā e auertas faciē
tuam a me:ne declines in ira a seruo tuo d
iutor meus esto domine ne derelinquas me:
neqz despicias me deus salutaris meus m

52

pater meus et mater mea dereliquerunt me: dominus autē assumpsit me. ℣ egē pone mi-chi dñe in Via tua: ⁊ dirige me in semita recta propter inimicos meos ℟ e tradideris me in aias tribulantiū me/ qm̄ insurrexerūt in me testes iniqui: ⁊ mentita est iniquitas sibi ℣ re do Videre bona dñi: in terra Viuentium ℟ x pecta dñm Viriliter age et cōfortetur cor tuū: ⁊ sustine dñm. ℣ equiē. ān. Credo Videre bo-na dñi in terra Viuentiū. ℣. Collocet eos dñs cū principibus. ℟. Cū principibus populi sui. Pater noster. Et ne nos. Sed. Lectio quarta ℟ Esponde michi. Quātas habeo iniqui-tates et peccata: scelera mea atq; deli-cta ostende michi. Cur faciē tuam abscondis ⁊ arbitraris me inimicum tuū? Cōtra folium quod Vēto rapit ostēdis potētiā tuā: et stipu-lam siccā persequeris. Scribis enī contra me amaritudines: et consumere me Vis peccatis adolescētie mee. Posuisti in nervo pedē meū: ⁊ observasti omēs semitas meas: et Vestigia pedū meorū, considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum: ⁊ quasi Vestimentū quod comeditur a tinea. ℟. Memento mei deus qa Ventus est Vita mea. Nec aspiciat me Visus hois. ℣. De profūdis clamaui ad te dñe: dñe exaudi Vocē meā. Nec aspiciat. Lectio qnta. ℟ Omo natus de muliere / brevi Viuens tempore: repletur multis miserijs. Qui

quasi flos egreditur et conteritur ⁊ fugit Velut Vmbra: ⁊ nunq̄ in eodem statu permanet Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos: et adducere eū tecum in iudiciū. Quis potest facere mundū de imundo: concetū semine? Nonne tu qui solus es? Breues dies hominis sunt: numerus mensium eius apud te est. Cōstituisti terminos eius qui preteriri non poterunt. Recede ergo paululuz ab eo Vt quiescat donec optata Veniat: sicut mercennarij dies eius. ℟. Heu michi domie quia peccaui nimis in Vita mea: quid faciam miser Vbi fugiam nisi ad te deus meus miserere mei. Dū Veneris in nouissimo die. ℣. Anima mea turbata est Valde: sed tu domine succurre ei. Dum Veneris ℣ Lectio sexta.

Quis michi hoc tribuat Vt in inferno protegas me: et abscondas me / donec pertranseat furor tuus: ⁊ constituas michi tempus in quo recorderis mei? Putas ne mortuꝰ homo rursū Viuat? Cunctis diebus quibus nūc milito expecto donec Veniat immutatio mea. Vocabis me: ⁊ ego respōdebo tibi. Operi manuū tuarū porriges dexterā. Tu quidē gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. ℟. Ne recorderis peccata mea dñe Dū Veneris iudicare seculū ꝑ ignē. ℣. Dirige dñe deus meꝰ in cōspectu tuo Viā meā. Dū Veñ

In tertio nocturno. ān. Complaceat. ꝑs

Expectans expectaui dñm: ⁊ intendit mi
chi ⁊ exaudiuit preces meas ⁊ eduxit
me de lacu miserie: ⁊ de luto fecis ⁊ statuit
supra petrã pedes meos: ⁊ direxit gressus me-
os ⁊ immisit in os meũ canticum nouum:
carmen deo nostro. ⁊ idebunt multi et time-
bunt: ⁊ sperabunt in domino. ⁊ beatus Vir cu
ius est nomen domini spes eius: ⁊ nõ respexit
in Vanitates et insanias falsas ⁊ multa feci
sti tu domine deus meus mirabilia tua: ⁊ co-
gitationibus tuis non est qui similis sit tibi.
⁊ nnunciaui ⁊ locutus sum: multiplicati sũt
super numerum. ⁊ acrificium et oblationem
noluisti: aures autem perfeciſti michi. ⁊ lo-
caustum et pro peccato non postulasti: tunc di
xi ecce Venio ⁊ in capite libri scriptũ est de me
Vt facerem Voluntatem tuã deus meus Vo-
lui: ⁊ legem tuã in medio cordis mei ⁊ nnun-
ciaui iusticiam tuam in ecclesia magna: ecce
labia mea nõ prohibebo domine tu scisti. ⁊ u
sticiam tuam non abscondi in corde meo: Ve-
ritatẽ tuã ⁊ salutare tuũ dixi. ⁊ non abscondi
miam tuã ⁊ Veritatẽ tuam: a consilio multo.
⁊ u autẽ domie ne longe facias miserationes
tuas a me: misericordia tua ⁊ Veritas tua sẽ-
per suscepterunt me. ⁊ quoniã circumdederunt
me mala quoꝝ non est numerus / comprehen
derunt me iniquitates mee: ⁊ nõ potui Vt Vi-
derẽ ⁊ multiplicate sunt super capillos capitis

mei: ⁊ cor meū dereliquit me. C ōplaceat tibi dñe Vt eruas me: dñe ad adiuuandū me respi
ce C onfundantur ⁊ reuereantur ſimul qui q=
runt aiam meā: Vt auferant eā. C onuertā
tur retrorſū ⁊ reuereantur: qui Volunt michi
mala H erant confeſtim confuſionē ſuā: qui
dicunt michi euge euge – exultent et letentur
ſuper te omnes querentes te: et dicant ſemper
magnificetur dñs qui diligunt ſalutare tuū.
E go autē mendicus ſū et pauper: dñs ſollici
tus eſt mei – diutor meus et protector meus
tu es: deus meus ne tardaueris E quiē. ām.
Complaceat tibi dñe Vt eruas me: dñe ad ad
iuuandū me reſpice. ām. Sana domine. P ps.
B Eatus qui intelligit ſuper egenū ⁊ pau
perē: in die mala liberabit eū dominus.
D ominus conſeruet eū ⁊ Viuificet eū / et bea
tū faciat eū in terra: ⁊ non tradat eum in ani
mā inimicorū eius D ominus opem ferat illi
ſuper lectū doloris eius: Vniuerſum ſtratum
eius Verſaſti in infirmitate eius. E go dixi
domie miſerere mei: ſana animam meā quia
peccaui tibi I nimici mei dixerunt mala mi
chi: quādo morietur ⁊ peribit nomen eius E t
ſi ingrediebatur Vt Videret Vana loquebat: cor
cor eius congregauit iniquitatem ſibi E gre
diebatur foras: ⁊ loquebatur in idipſum – d=
uerſū me ſuſurrabant omnes inimici mei: ad
uerſum me cogitabant mala michi V erbum

iniquum constituerunt aduersum me:nunq̃d
qui dormit non adijciet Vt resurgat ⁊ tenim
homo pacis mee in quo speraui qui edebat pa
nes meos:magnificauit super me supplanta=
tionem. ⁊ u autem domine miserere mei et re
suscita me:et retribuam eis ⁊ in hoc cognoui
quoniam Voluisti me: quoniam non gaude=
bit inimicus meus super me. ⁊ e autem pro=
pter innocentiam suscepisti:⁊ confirmasti me
in conspectu tuo in eternum. ⁊ enedictus do=
minus deus israel:a seculo et in seculum fiat
fiat ⁊ equiẽ eternã.ãn.Sana domine aiam
meam quia peccaui tibi.ãn.Sitiuit. ⁊ ps.
Q Vemadmodũ desiderat ceruus ad fon
tes aquarum:ita desiderat anima mea
ad te deus. ⁊ itiuit anima mea ad deũ fontẽ
Viuũ:quando Veniã ⁊ apparebo ante faciem
dei ⁊ uerũt michi lachryme mee panes die ac
nocte: dum dicitur michi quotidie Vbi ẽ deus
tuus. ⁊ ec reordatus sũ ⁊ effudi in me aiam
meã:quoniã transibo in locũ tabernaculi ad=
mirabilis Vsq; ad domũ dei. ⁊ n Voce exul=
tationis ⁊ cõfessionis:sonus epulantis ⁊ ua
re tristis es anima mea: et quare conturbas
me ⁊ pera in deo quoniam adhuc confitebor
illi:salutare Vultus mei ⁊ deus meus ⁊ d me
ipsum anima mea conturbata est / propterea
memor ero tui de terra iordanis: et hermonij
a monte modico. ⁊ byssus abyssum inuocat

in Voce catharactarum tuarum Omnia ex-
celsa tua et fluctus tui: super me transierunt.
In die mandauit dominus misericordiam
suam: et nocte canticum eius Apud me ora-
tio deo Vite mee: dicam deo susceptor meus es
Quare oblitus es mei / et quare contristatus
incedo: dum affligit me inimicus. Dum con-
fringuntur ossa mea exprobrauerunt michi:
qui tribulant me inimici mei Dum dicũt mi
chi per singulos dies: Vbi est deus tuus Qua
re tristis es anima mea: et quare conturbas
me. Spera in deo quoniam adhuc confitebor
illi: salutare Vultus mei & deus meus Requi
em eternam. ân. Sitiuit anima mea ad deum
Viuum quando Veniam et apparebo ante fa
ciem domini. ℣. Ne tradas bestijs animas
confitentes tibi. ℟. Et animas pauperum tu
orum ne obliuiscaris in finem. Pater noster.
Et ne nos. Sed libera. Lectio septima.
Spiritus meus attenuabitur / dies mei
breuiabuntur: et solum michi superest
sepulchrum. Non peccaui: et in amaritudini-
bus moratur oculus meus. Libera me domi
ne / et pone me iuxta te: et cuiusuis manus pu
gnet contra me. Dies mei transierunt / cogi-
tationes mee dissipate sunt: torquẽtes cor me-
um. Noctem Verterũt in diem: et rursum post
tenebras spero lucem. Si sustinuero ifernus
domus mea est: & in tenebris straui lectulum

meum. Putredini dixi. Pater meus es / mater mea: et soror mea Vermibus. Vbi est ergo nunc prestolatio mea / et patientia mea: tu es domine deus meus. ℟. Peccantem me quotidie et nō me penitentem timor mortis conturbat me. Quia in inferno nulla est redemptio miserere mei deus ⁊ salua me. ℣. Deus in nomine tuo saluum me fac: et in Virtute tua libera me. Quia in inferno ¶ Lectio octaua.

Ossi mee consumptis carnibus adhesit os meum: et derelicta sunt tantūmodo labia circa dentes meos. Miseremini mei miseremini mei / saltem Vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut deus: et carnibus meis saturamini? Quis michi tribuat: Vt scribantur sermones mei? Quis michi det Vt exparentur in libro stilo ferreo: aut plumbi lamina Vel celte sculpātur in silice? Scio enim q̄ redemptor meus Viuit / et in nouissimo die de terra surrecturus sum / et rursum circūdabor pelle mea: et in carne mea Videbo deum saluatorem meū. Quē Visurus sum ego ipse / et oculi mei conspecturi sunt: et non alius. Reposita est hec spes mea: in sinu meo. ℟. Domine secundum actū meum noli me iudicare: nichil dignum in conspectu tuo egi. ideo deprecor maiestatem tuā: Vt tu deus deleas iniquitatem meam. ℣. Amplius lauа me ab iniusticia mea: ⁊ a delicto meo

munda me. Ut tu deus ¶ Lectio nona.

Quare de vulua eduxisti me/qui utinã consumptus essem: ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem: de utero translatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte ergo me domine ut plangã paululũ dolorẽ meum anteq̃ vadam: & non reuertar ad terram tenebrosam: & opertam mortis caligine. Terram miserie & tenebrarũ ubi umbra mortis & nullus ordo: sed sẽpiternus horror inhabitãs. ℟. Libera me dñe de uijs inferni qui portas ereas confregisti & uisitasti infernum: & dedisti eis lumen ut uiderent te Qui erant in penis tenebrarũ. ỽ. Clamantes et dicentes adueneisti redemptor noster. Qui erant in penis ỽ. Requiẽ eternã dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Qui erant. ℟. Libera me domine de morte eterna i die illa tremẽda. Quãdo celi mouẽdi sunt et terra. Dũ veneris iudicare seculũ per ignẽ. ỽ. Tremens factus sũ ego et timeo dum discussio venerit atq; ventura ira. Quando celi. ỽ⁹. Dies illa dies ire calamitatis et miserie dies magna & amara valde. Dum veneris. ỽ. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. ℟. Libera me domine. ¶ In laudibus. ã. Exultabunt domino ossa humiliata. ps̃ i. ¶ serere mei deus: scd̃m. ãn. Exaudi. ¶ ps̃.

Ꝺ decet hymnus deus in ſyō:et tibi red=
detur votum in hieruſalē ⁊ exaudi ora
tionem meam:ad te omnis caro veniet ⁊ er=
ba iniquorum preualuerunt ſuper nos :et im=
pietatibus noſtris tu propiciaberis. ⁊ beatus
quem elegiſti et aſſumpſiſti:inhabitabit in a=
trijs tuis. ⁊ eplebimur in bonis domus tue:
ſanctum eſt templum tuum mirabile in equi=
tate ⁊ exaudi nos deus ſalutaris noſter:ſpes
omnium finium terre et in mari longe. ⁊ re=
parans montes in virtute tua accinctus po=
tentia qui conturbas profundum maris : ſo=
num fluctuum eius. ⁊ turbabuntur gentes ⁊
timebunt qui habitant terminos a ſignis tu
is:exitus matutini ⁊ veſpere delectabis ⁊ i=
ſitaſti terram et inebriaſti eam : miltiplicaſti
locupletare eam. ⁊ lumen dei repletum eſt a=
quis /paraſti cibum illorum : quoniam ita eſt
preparatio eius ⁊ iuos eius inebrians mul=
tiplica genimina eius:in ſtillicidijs eius leta
bitur germinans. ⁊ benedices corone anni be
nignitatis tue:⁊ campi tui replebuntur vber
tate. ⁊ pinguescent ſpecioſa deſerti:⁊ exulta
one colles accingentur. ⁊ nduti ſunt arietes
ouium/et valles abundabunt frumento:cla
mabunt etenim hymnum dicent. ⁊ requiem
eternam. ā. Exaudi deus orationem meam
ad te omnis caro veniet.ān. Me ſuſcepit dex
tera tua domine.ps. Deus deus meus. vtē.

ãn. A porta inferi. Psalmus.

Go dixi in dimidio dierum meorũ: Vadam ad portas iferi Quesiui residuum annorum meorum: dixi non Videbo dominũ deum in terra Viuentium Non aspiciam hominem Vltra: et habitatorem quietis Cessauit generatio mea ablata est / et conuoluta est a me: quasi tabernaculum pastorum Precisa ẽ Velut a texẽte Vita mea / dum adhuc ordirer succidit me: de mane Vsqz ad Vesperã finies me. Sperabam Vsqz ad mane: quasi leo sic contriuit omnia ossa mea De mane Vsqz ad Vesperam finies me sicut pullus hyrundinis sic clamabo: meditabor Vt columba attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelso Domine Vim patior responde ꝓ me quid dicam: aut quid respondebit michi cum ipse fecerim. Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine anime mee Domine si sic Viuitur et in talibus Vita spiritus mei corripies me et Viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amarissima Tu autem eruisti animam meam Vt non periret: proiecisti post tergum tuũ omnia peccata mea Quia non infernus confitebitur tibi neqz mors laudabit te: non exspectabunt qui descendunt in lacum Veritatem tuam Viuens Viuens ipse confitebitur tibi sicut et ego hodie: pater filijs notam faciet Veritatem tuam Saluũ me fac: et psalmos

Conceptio tua dei genitrix ✠ go: gaudiũ an

nunciauit vniuerso mundo Ex te enim. ac

Egredietur ✠ga de radice iesse et flos de radice ei⁹ ascẽ. Esa 11.

Orietur stella ex iacob: et exurget ✠ga i israel. Numeri. 24

57

Cū esset despō sata mat ihesu maria ioseph:

añq; cōueniret inuēta ē i vtero hñs. tc. xMat. i

nostros cantabimus cunctis diebus Vite nostre in domo domini. ℟. equiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. ān. A porta inferi erue domine animas eorum. ān. Omnis spiritus laudet dominum. ℣. Laudate dominum de celis. ℣9. Audiui Vocem de celo dicentem michi. ℟. Beati mortui qui in domino moriuntur. ān. Ego sum resurrectio et Vita qui credit in me etiam si mortu9 fuerit Viuet: et omnis qui Viuit et credit i me non morietur in eternum. ℣. Benedictus dominus de9 israel. Vt supra. Pater noster. ℣. De profundis clamaui. Vt supra. ℟. equiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domīe animas eorum. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te Veniat. Oremus

DEus q̄ inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali seu sacerdotali fecisti dignitate Vigere: presta quesumus. Vt eorum quoq; perpetuo aggregētur consortio.

DEus Venie largitor ⁊ humane salutis. Vtē fidelium deus omnium conditor. Vt supra.

AD matutinas de sancta cruce.

Ad terrā meā, pficiscaris et inde accipias vxorē fi. geñ. 24

Pete ergo eā a pre ci9 ⁊ dabit tibi eā in vxorē. Thobie. 6.





Missus est an gel⁹ gabriel a deo in ciuitatē

galilee cui no: mē ciuitatis nazareth ad v̄g. Luce. 1.



Domine labia mea aperies & os meum annūciabit laudem tuam Deus in adiutorium meū intēde ne ad adiuuādum me festina. Gloria pī sicut erat. ān. Salue cruy preciosa q̄ in sanguine christi dedicata es: & ey mēbris eius tanq̄ margaritis ornata. Hymn⁹.

Ipsa cōteret caput tuū: & tu insidiaberis calcaneo ei⁹. Gen. 3.

Si ros in solo velle refuerit & iositra sicitas. &c. Judicū. 6.



58

Exurgēs autē
maria in dieb⁹
illʼ: abūt in mō

tana cū festia:
tiōe in ciuitatē
iude. ꝛc. Zu. I.

Abūt moyses et re
uersus est ad ietro
socerū suū. Exo. 4.

Magnificat anima
mea dñm: ꝛ exulta:
uit spūs me⁹. Zu. I.

Atris sapiētia Veritas diuina. Deus homo captus est hora matutina. A suis discipulis cito derelictus. A iudeis traditꝰ Venditus ꝛ afflictus. ān. Adoramus te christe et benedicimus tibi: quia per sanctam crucem tuam redemisti mūdum. ℣⁹. Per signum sancte crucis. ℟. Liberet nos de inimicis nostris dñs deus noster. Dñe exaudi oronem meā. Et clamor meus ad te Veniat. Oremus

Omine iesu christe fili dei Viui pone passionem crucem ꝛ mortem tuam inter iudicium tuum ꝛ animam meam nunc ꝛ in hora mortis mee. et semper largiri digneris Viuis misericordiam ꝛ gratiam: defunctis requiem ꝛ Veniam/ecclesie tue pacem ꝛ concordiā/ ꝛ nobis peccatoribus Vitam et gloriam sempiternam. Qui Viuis et regnas deus. ꝛc.

Sciendum est ꝙ per omnes horas dicitur illa. ān. Adoramus te christe. ꝛc. ℣. sequēs. ac etiam oratio omine iesu christe. Vt supra.

Ad primam eus in adiutorium meum intende omine ad adiuuādum me festina loria patri. ān. Salue cruꝯ. Hymnus.

Ora prima ductus est iesus ad pylatū. Falsis testimonijs multū accusatum. In collo percutiunt manibus ligatum. Vultum dei conspuunt lumen celi gratum. ān. Adoramus te christe ꝛ benedicimus tibi. oro. ñe iesu christe. Ad tertiā. eus in adiu

torium meum intende ℣ omine ad adiuuandum me festina ℣ loria patri et filio et spiritui sancto ℣ icut erat in principio ℟ nunc ℟ semper ℟ in scla sclorum amen. ān. Salue cruz. Hyℳ

℟ Rucifige clamitāt hora tertiarum. Iesus induitur veste purpurarum. Caput eius pungitur corona spinarum Crucem portat humeris ad locum penarum. ān. Adoramus te christe et benedicimus tibi. Oratio ℣ omine iesu christe fili dei viui. ℟ Ad sextā ℣ eus in adiutorium meum intende ℣ omine ad adiuuandum me festina. ℣ loria patri ℟ filio ℟ spiritui sancto. ℣ icut erat in prīcipio ℟ nunc et semper. ān. Salue cruz. Hymnus.

Ora sexta iesus est cruci conclauatus. Et est cum latronibus pendens deputatus. Pre tormentis sitiens felle saturatus. Agnus crimen diluit sic iudificatℳ. ān. Adoramus te christe. Oratio ℣ omine iesu christe ℟ Ad nonam. ℣ eus in adiutorium meum intende. ℣ omine ad adiuuandum me festina ℣ loria patri. ān. Salue cruz. Hymnus.

Ora nona dominℳ iesus expirauit. Hely clamans animam patri commendauit. Latus eius lācea miles perforauit. Terra tunc contremuit ℟ sol obscurauit. ān. Adoramus te christe. Oratio ℣ omine iesu christe ℟ Ad Vesperas ℣ eus in adiutorium. ℣ ne ad. ℣ loria potri. ān. Salue cruz. Hymnus.

Pepit filiū suū primogenitū / ⁊ pānis cūm-

uolunt: et reclinauit eū in pre sepio. Luce. 2.

Solue calciamentū de pedibℳ tuis: locℳ ci iq̄ stas. ⁊c. exo. 3.

Refervirgā aarōin tabernaculū testionijvt seruet. nu. 17.

59

De cruce deponitur hora Vesptina. Fortitudo latuit in mente diuina. Talem mortem subijt Vite medicina: Heu corona glorie iacuit supina. ān. Adoramus te christe. ꝛc.

Oratio omine iesu christe ℣ Ad completorium ℟ onuerte nos deus salutaris noster ℣ t auerte iram tuam a nobis ℟ eus in adiutorium meum intende ℣ omine ad adiuuā dum me festina ℟ loria patri et filio ℣ icut erat. ān. Salue cruy. ℟ Hymnus.

Postq̄ cōsummati sunt dies octo vt circūci

derer puer: vocatū est nomē ei⁹ iesus. Lu. i.

Circūcidetur er vobis oē masculinū: ꝛ circūcidet⁊. gen. 17

Vocauitq̄ abraam nom̄ filij sui quē genuit ei sara. Gen. 21

Dra completorij datur sepulture. Corpus christi nobile spes Vite future. Conditur aromate complētur scripture. Jugi sit memoria mors hec michi cure. ā. Adoramus te christe ꝛ benedicimus tibi. ꝛc. ℣ Oremus.

Dñe iesu christe fili dei Vini pone passionem crucē ꝛ mortē tuā inter iudicium tuū ꝛ aiam meā nūc ꝛ i hora mortis mee. ꝛ sēper largiri digneris Viuis miam ꝛ gratiā. de functis requiē ꝛ Veniā. ecclesie tue pacē ꝛ concordiā. ꝛ nobis peccatoribus Vitā ꝛ gloriā sēpiternā. Qui Viuis. ℟ Recommendatio.

Bas horas canonicas cum deuotione. Tibi christe recolo pia ratione. Vt qui p me passus es amoris ardore. His michi solatium in mortis agone. Amen.

℟ Ad matutinas de sancto spiritu.

Dmine labia mea aperies ⁊ os meum annũciabit laudem tuam eus in adiutoriũ meũ intẽde ñe ad adiuuãdum me festina. loria patri ⁊ icut erat. ãn. Ueni sancte spi ritus reple tuorum corda fidelium et tui amo ris in eis ignem accende. ℣ Hymnus.

Dixit abner ad dõ. surgã vt ꝙgregẽ ad te dñm meũ. 2. re. 3.

Regia saba audita fama salomõis vẽit hierusalẽ. 3. reg. 10.

Tulerãt illũ in hierusalẽ vt sisterent cũ dño

sicut scriptum est in lege domini. Luce. 2.

Sctifica michi oñe ṗmo genitũ q ỽ apit vuluã i hlys exo. 13

Immolauerũt vitulũ et obtulerũt puerum heli. ṗmi re. 1.

Dbis ſancti ſpiritus gratia ſit data. De qua Virgo Virginum fuit obumbrata. Cum per ſanctum angelum fuit ſalutata. Verbum caro factum eſt Virgo fecundata. ỽ. Emitte ſpiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Omnipotens ſempiterne deus da nobis illam ſancti ſpiritus gratiam: quam discipulis tuis in die ſancto penthecoſtes tranſmiſiſti. Per christum dñm. Ad primam.

Deus in adiutorium meum intende Domine ad adiuuandum me feſtina Gloria patri et filio Sicut erat. ān. Veni ſancte. Hymnus

E Virgine maria christus fuit natus. Crucifixus mortuus atq; tumulatus Reſurgens diſcipulis fuit demõſtratus. Et ipſis cernentibus celis eleuatus. ỽ. Emitte ſpiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio Omnipotens ſempiterne deus. Vt ſupra. Ad tertiam. Deus in adiutorium meum intẽde Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri et filio. Sicut erat. ān. Veni ſancte Hymnus.

Dum ſanctum ſpiritum deus delegauit. In die penthecoſtes ſuos confortauit. Et de linguis igneis ipſos inflammauit Reliquere orphanos eos denegauit. ỽ. Emit

te spiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio. Omnipotens sempiterne deus. Ad septam eus in adiutorium meum intende. omine ad adiuuãdũ me festina gloria patri ⁊ filio. icut erat in principio. ãn. Veni sancte. Hymnus

Eptiformem gratiam tunc acceptauerunt. Quare ydiomata cuncta cognouerũt. Ad diuersa climata mũdi recesserunt. Et fidem catholicam tunc predicauerunt. ℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio omnipotẽs sempiterne deus. Ad nonam eus in adiutorium meum intẽde. omine ad adiuuãdum me festina. loria patri ⁊ filio. icut erat. ãn. Veni sancte spiritus. Hymnus.

Piritus paraclitus fuit appellatus.

Donum dei caritas fons Viuificatus

Spiritalis Vnctio ignis inflammatus. Septiformis gratia carisma Vocatus. ℣. Emitte spiritum tuum ⁊ creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio omnipotens sempiterne deus. Ad Vesperas eus in adiutorium meum intende omine ad adiuuãdum me festina gloria patri et filio icut erat. ãn. Veni sancte spiritus. Hymnus.

Extre dei digitus Virtus spiritalis.

Nos defendat eruat ab omnibus malis. Vt nobis non noceat demon infernalis.

Surge et accipe puerũ ⁊ matrẽ eius ⁊ fuge

egyptũ: et esto ibi vsq̃ dũ dicã tibi. Mat. 2

Ecce esau frater tuus minatur vt occidat te. Genesis. 17

Nisi saluaueris te nocte hac: cras morieris. I. regum. 19.

Ipse pfrunget simulacra eo: rum/depopu:

labifaras eo: rum:qtūc di: cēt.rc.osee.10

Sed protegat foueat nutriat sub alis. Ỹ Ius. Emitte spiritum tuum et creabuntur. Ꝛ. Et renouabis faciem terre. Oratio Omnipotēs sempiterne deus. rc. Ad completorium. Conuerte nos deus salutaris noster et auerte iram tuam a nobis deus in ad iutorium meum intende domine ad adiuuā dum me festina gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto sicut erat. ā. Veni sancte. Hymnus. Spiritus paraclitus nos velit iuuare. Gressus nostros regere et illuminare. Vt cum deus venerit omnes iudicare. Nos velit ad depteram suam appellare. ỹ. Emitte spiritum tuum et creabuntur. Ꝛ. Et renouabis faciem terre. Oremus. Omnipotens sempiterne deus da nobis illam sancti spiritus gratiam: quam discipulis tuis in die sancto penthecostes transmisisti. Per christum. Recommendatio. Ad horas canonicas cum deuotione. Tibi sancte spiritus pia ratione. Divi: Vt nos visites inspiratiōe. Vt viuamus iugiter celi regione. Amen.

Sequuntur suffragia plurimorū sanctoꝝ ⁊ sanctaꝝ. Et primo de sctissima trinitate

Protecit de manu tabulas: et cōfregit eas. Exodi. 32.

